

BnF, *Fonds Périgord*, tome 10

Leydet & Prunis

Transcription par Claude RIBEYROL

" L'histoire ne se borne pas à rapporter les grands événements, qui n'ont souvent que le stérile avantage d'exciter l'admiration et l'étonnement des hommes ; elle cherche encore à leur donner des instructions plus utiles et plus rapprochées de leur situation ordinaire, en leur faisant connaître nos ancêtres par les détails de leur vie privée, de leurs arts, de leurs sciences, de leurs besoins et de leurs ressources."

Vivien Leydet (1736-1776)

Dépouillement des archives des rois de Navarre, conservées autrefois au château de Pau en Béarn, et à Nérac.

Archives de Pau

V. RECUEIL

Armoire I d'ALBRET

Page 1 / chapitre I^{er}

Procès-verbal de la vie, mœurs et miracles de Charles de Blois, vicomte de Limoges, contenant les bulles des papes Grégoire XI et Urbain V, une procuration du duc d'Anjou, une enquête, etc.

In dossier E 44 aux AD 64.

¹*Proces verbal des vies et mœurs et des miracles de Charles de Blois dressé par Louis eveque de Bayeux, et Jean abbé de St Aubin d'Angers. Ils adressent ce proces-verbal au pape Gregoire XI. Cette procedure est faite en vertu de la bulle suivante :*

Gregorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Baiocensi et dilectis filiis Majoris monasterii prope Turonis ac Sti Albini andegavensis monasteriorum abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis libenter annuimus ea quae favore prosequimur opportuno, dudum siquidem pro parte nonnullorum praelatorum et aliarum personarum ecclesiasticarum nec non quam plurium nobilium at aliorum regni Franciae pluries in consistorio coram felicis recordationis Urbano papa quinto praedecessore nostro proposito quod recolendae memoriae Carolus dux Britanniae de partibus gallicanis et de regali domo Franciae oriundus generis nobilitate praedarus adeo in exemplari vita in hujusmodi peregrinatione seculi ejus abjectis voluptatibus carnisque illecebris procul pulsus per virtutum placitos actus Domino gratum famulatum

¹ *en marge gauche* : vol. in folio en parchemin de 390 pages d'écriture. Signé de trois notaires avec leurs sygles / Rubrique de Bretagne, cotté E, liasse 1ere.

impendere, et per ejusdem vitae merita sibi ipsi et aliis perficere studuerat per exemplum quod omnipotens ipse Dominus in eodem Carolo opera ministrans, per sancta sua merita in loco Fratrum Minorum de Guengampo Trecorensis diocesis ubi corpus requiescit ejusdem et alibi plura miracula dignatus erat operari, honoran.² in terris quem ut pie creditur coronaverat in coelis idem praedecessor vobis de fratrum suorum de quorum numero tunc eramus, consilio, suis dedit litteris in mandatis ut vos vel tu frater episcopo cum altero vestrum fratri abbatibus de vita et meritis dicti Caroli ac ejus miraculis et coeteris circumstantiis juxta interrogatoria quae vobis idem praedecessor sub bulla sua transmisit interclusa veritatem diligentius inquireretis ac eidem praedecessori quae super his inveneritis scripta fideliter sub vestris sigillis per vestras litteras ipsarum litterarum dicti praedecessoris seriem continentes intimare curaretis et deinde per eundem praedecessorem accepto quod vos ad partes Britanniae ad villam de Guengampo pro inquisitione hujusmodi facienda propter pericula guerrarum et viarum discrimina sine vestrae et vestrorum mortis periculo tute non poteratis accedere et ut praetendebatur pro parte dilecti filii nobilis viri Johannis ducis Britanniae, ne in hujusmodi procederetur negotio³, licet frivole fuerat appellatum, idem praedecessor noster volens in praemissis de opportuno remedio providere vobis suis aliis dedit litteris in mandatis ut vos, vel tu frater episcopo, cum vestrum altero ad executionem dictarum aliarum litterarum vobis ut praemittitur directarum procederatis et ubique testes super praemissis etiam extra Britanniam audiretis et juxta dicta interrogata examineretis diligenter hujusmodi appellationibus et impedimentis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, ac impediens clam palam vel alias inquisitionem praemissorum per excommunicationis sententiarum compesceretis⁴

Page 2 / chapitre I^{er}

et in super testes qui nominarentur ad veniendum et comparandum coram vobis solutis tamen eis expansis compellaretis et alia in dictis contenta executioni debitae mandaretis juxta earum continentiam et tenorem, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem sicut accepimus praefatus praedecessor ne integra viam fuerit universae carnis ingressus, nos in praemissis de opportuno remedio providere volentes discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel tu frater episcopo, cum vestrum altero ad executionem tam hujusmodi primarum quam secundarum litterarum dicti praedecessoris vobis ut praemittitur directarum procedatis, et ubique testes super praemissis etiam extra Britanniam audiat, et juxta praedicta interrogatoria examinetis diligenter, et omnia alia in praedictis litteris contenta executioni debitae de mandatis juxta earumdem continentiam ac tenorem, non obstantibus omnibus quae praefatus praedecessor in praedictis litteris voluit non obviare, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit (*ou sic*) indultum quod interdicti suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ad de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem quidquid autem super praemissis inveneritis scripta fideliter sub vestris sigillis per vestras litteras dictarum hujusmodi praedecessoris et praesentium litterarum seriem continentes, nobis intimare curetis. Datum Avenioni XVII kal. februarii pontificatus nr, anno primo.

Suit la bulle d'Urban V :

Urbanus episcopus etc., venerabili fratri episcopo baiocensi et dilectis filiis majoris monasterii prope Turonis ac Sti Albini andegavensis monasteriorum abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Grandis nobis adest laetitia mira que nostra precordia gaudiorum firmitate replentur, ac a nobis magna gratiarum actionum ac laudum Deo debentur impendia cum celestis Rex ipse sub cuius ditione cuncta subsistunt Sanctos suos per exemplaris vitae doctrinam ac sanctitatis merita venerandos de praesentis vitae carcere et ad aeternam beatitudinem evocatos, crebris corruscare facit miraculis per quae suos fideles in fide constancius perseverantes efficiat et ad sanctorum ipsorum sectanda vestigia lucidasque semitas incedendas invitet apercius quos de multitudine miserationum suarum ad eorum vult consortium provenire, sane pro parte nonnullorum praelatorum et aliarum personarum ecclesiarum nec non quam plurimum nobilium et aliorum regni Franciae pluries in consistorio praepositum extitit coram nobis quod recolendae memoriae Carolus dux Britanniae de partibus gallicanis et de regali domo Franciae oriundus generis nobilitate preclarus a Dei in exemplari vitae in hujusmodi

² fin de ligne tronquée sur notre copie (note Cl. R.)

³ en marge gauche : Jean de Montfort duc de Bretagne s'oppose à la canonisation de Charles de Blois.

⁴ ce que nous lisons. Forme de « rehero » ?

Page 3 / chapitre I^{er}

(hujusmodi) per(e)grinatione seculi ejus abjectis voluptatibus carnis pro impressis per virtutum placitos actus domino gratum famulatum impendere et per ejusdem vitae merita sibi ipsi et aliis proficere studuit per exemplum quod omnipotens ipse Dominus in eodem Carolo opera ministrans per sancta sua merita in loco Fratrum Minorum de Guencampo Trecor. diocesis ubi corpus requiescit ejusdem et alibi plura miracula dignatus est operari : honorans in terris quem ut pie creditur coronavit in coelis. Quare nobis fuit pro parte prelatorum et aliorum praedictorum humiliter supplicatum ut cum de praemissis quae in partibus illis quasi manifesta fore dicuntur possit fieri per fidedignos sollemnes viros ad factorum evidentiam plena fides super eis per aliquos probos viros mandarem inquiri ut veritate comperta et certitudine habita praemissorum cum non deceat apud homines sine veneratione relinqui quem merita et miracula sanctum monitans ipsum dignarem sanctorum cathalogo aggregare. Nos igitur quos in certis festinos et indubiis lentos convenit reperiri de praedictis noticiam non habentes super hiis pluries propulsati, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae de quorum circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos, vel tu frater episcopo, cum eorum altero de vita et meritis dicti Caroli ac ejus miraculis et coeteris circumstantiis juxta interrogatoria quae vobis sub bulla nostra transmittimus interclusa veritatem diligentius inquiratis et nobis quae super hiis inveneritis scripta fideliter sub vestris sigillis cum vestrarum litterarum harum seriem continentium testimonio intimare curetis. Datum Viterbii XVI kal. septembris, pontificatus nostri anno septimo.

L'autre bulle d'Urbain V, presque toute inserées dans celle de Gregoire XI est dattée d'Avignon, XI des kal. de novembre, de son pontificat, anno octavo.

Le procès de la canonisation fut poursuivi par frere Raoul de Kerguiniou de l'ordre des Cordeliers, fondé à cet effet des procurations du duc d'Anjou, de Marie de Bretagne, duchesse d'Anjou, veufve de Charles de Blois et de celles des enfans du meme Charles Jehan et Guyon.

Voici la teneur de la procuration du duc d'Anjou à laquelle les deux autres sont conformes :

Loys fils de roy de France frere de Monsr le roy et son lieutenant ez parties de Languedoc, duc d'Anjou et de Touraine, et comte du Maine, faisons scavoir à tous que, comme par les merites et intercession de feu le duc de Bretagne nostre père⁵, il ait pleu à nostre Seigneur faire et demonstrier plusieurs grands et apperts miracles sur lesqueulx et sur la vie et gouvernement de nostre dit père, noste très St père le pape a commis et ordonné certaines personnes pour veoir, enquerre et oir les tesmoings afin que au plaisir de nostre Seigneur, il puist estre ordonné de sa canonization. Par quoy est necessaire que à ce fait, poursuivre ait personne habile souffisant et diligent, et il soit ainsi que nous soyons acertenez que nostre cher et bon ami frere Raoul de Kerguiniou de l'ordre des Cordeliers et du couvent de Guengamp ou quel couvent gist le corps de nostre dit père ait très diligemment poursuivi le dit fait ou temps passé et lequel a la connoissance des faits et miracle de nostre dit père et de la plus

Page 4 / chapitre I^{er}

grand partie des tesmoings qui ou dit fait seront necessaires, nous confiant à plain du sens loyauté discretion et bonne diligence de sa personne, voulans et desirans la canonization et exaltation de nostre dit pere, et à l'effet de laquelle nous voulons et devons nous expouser de tout nostre pouoir comme à nostre fait propre, avons par la teneur de ces presentes le dit frere Raoul ordonné et établi faisons, ordonnons et établissons nostre procureur general et certain messenger especial quant à pourchasser, querre et assembler les tesmoings à déposer sur les miracles, vie et gouvernement de nostre dit père, et les dits temoings, un ou plusieurs, amener et presenter par devant les commissaires de nostre saint Père pour leur deposition faire comme il appartiendra, et à monstrier par devant les dits commissaires instruments et toutes autres manieres d'autres preuves qui valoir pourront à la approbation des dites choses, et à requerre deurement et raisonnablement les dits commissaires à veoir et connoistre sur les dites choses selon qu'ils l'eurent commis et ordonné par nostre dit saint Père, et à poursuivre l'informacion faite par les dits commissaires par devant nostre dit st Père et par devant tous autres ou mestier sera et où il appartiendra, et generalement à faire procurer et poursuivre l'effet entierement de la canonization de nostre dit père et toutes et chacunes les choses qui au dit fait seront necessaires et convenables avec leurs dependans et circonstances pour lesquelles faire et accomplir nous le mettons et constituons en nostre nom et pour nous, et aurons agrable ferme et établi tout ce qui par luy en sera fait, et avec ce avons donné et donnons à nostre dit procureur plain pouoir et especial commendement

⁵ *en marge gauche* : son oncle par sa mere.

de substituer et établir procureur subsistez comme cy-dessus est devisé et déclaré, et iceux revoquer et rappeler toutesfois que bon li semblera. Donné à Paris le VIII^e jour de juillet l'an mil trois cens soixante et onze. Par mr le duc, J. de Vernon.

Suit la procuration au meme religieux, de Marie de Bretagne, duchesse d'Anjou et de Touraine, comtesse du Maine et dame de Guise, donné à Thoulouse le X decembre 1370, celle de la duchesse de Bretagne, comtesse de Penthièvre et vicomtesse de Lymoges, donné à Paris le 24 juing 1371, celle de Jehan et Guyon de Bretagne, enfans de Charles de Blois, conjointement, donné à Vis. en Angleterre, le XV may 1371.

Suit l'enquete faite à Angers par les commissaires susdits, le 10 de septembre 1371, et suivants, le procès verbal est clos le 15 novembre 1371.

In Dei nomine amen. Secuntur nomina et depositiones testium productorum receptorum juratorum et examinatorum per nos commissarios praedictos super vita et meritis dicti domini Caroli ac ejus miraculis...

Voici la deposition du IX^e temoin :

Magister Porgius de Lesnen magister in artibus et baccalarius in medicina scolasticus

Page 5 / chapitre I^{er}

et canonicus nannetensis aetatis sexaginta quatuor annorum vel circa, istis [---]⁶ ... dicit quod ipse (*dominus Carolus*) fuit bone et sanctae vitae, conversationis honestae et laudabilis famae a tempore quo ipse primo novit usque ad finem vitae ... quia erat suus medicus⁷ et domesticus familiaris et moratus fuit cum ipso quasi continue per viginti annos vel circa in immediate precedentes mortem dicti domini Caroli. Qui quidem dominus Carolus erat humilis, simplex et benignus, ... scit quod semper cum humilitate, simplicitate ac benivolentia et amicabiliter cum nobilibus, divitibus et pauperibus et quibuscumque personis se habebat ac humiliter amicabiliter et benigne loquebatur, et respondebat etiam cum famulis et servitoribus suis nec unquam aliquem provocavit ad iram, ymo omnes pro posse suo pacificabat, et causa humilitatis ut videtur isti loquenti cum famulis suis et quibuscumque aliis quantumcumque simplicibus et modicis in plurali numero per tu locutus fuit⁸, quod scivit vel audivit iste testis, et potissime se habebat cum personis ecclesiasticis et erga ipsas, ita quod quando alicui personae ecclesiasticae status honesti obviabat⁹, posito quod esset eques, descendebat pro salutando hujusmodi personam seu personas et hoc vidit multociens iste testis loquens et in pluribus locis ... in loco vulgariter nuncupato de Miniaco dolensis diocesis qui locus erat multum lutosus, ubi obvium habuit quemdam fratrem Minorem quondam confessorem suum episcopum de Garda, cujus episcopatus quo ad redditus nullus valoris reputabatur contra quem descendit idem dominus Carolus de equo suo, et erat ibi in luto usque ad medium tibiaram, ac etiam contra processiones quando sibi obvium occurebant et antequam ad eas accederet per longuum spacium descendebat et in pluribus aliis locis vidit quod similiter faciebat. Et quando prope cruces vel ecclesias veniebat, reverentiam eisdem exhibebat cappellum suum, seu capucium amovendo et se inclinando, et etiam quando prope cimiteria transibat, orabat pro defunctis, dicendo cum cappellanis et clericis suis psalmum *De Profundis* cum orationibus et precibus consuetis ... Item quod erat valde patiens, dicit pro eo quod vidit testis praesens tempore supradicto quod ipse multas injurias et prosecutiones et quam plurima adverse passus fuit qu. omnia patienter sustinebat et sustinuit nec propter illas prosecutiones et adversitates quicquam contra Deum et Sanctos loquebatur seu blasphemias aliquas proferebat, seu aliquid faciebat per qu. apparere posset de indignatione seu impatientia ipsius, quod ipse sciverit vel audiverit sed semper super omnibus qu. sibi accidebant, sive prospera sive adversa, Deo gratias referebat et audivit dictus testis multociens quod dum sibi adversa eveniebant, dicebat : *Beati qui prosecutionem patiuntur, propter justitiam, dicento servitoribus suis et sibi assistentibus, amici mei confortamini et consolationem ad invicem habeatis quod totum erit ad bonum* ... Dicit quod persecutiones passus fuit quando captus fuit per inimicos

Page 6 / chapitre I^{er}

⁶ mot non compris.

⁷ en marge gauche : chanoines medecins.

⁸ en marge gauche : tutoyer quelqu'un etoit un ton de mepris en 13--. Le 12^{eme} temoin dit la meme chose.

⁹ en marge gauche : distinction d'ecclesiastiques d'un etat honnête, les clerics s'avilissoient [*illis.*] plusieurs fonctions indignes d'eux. De là sans doute cette distinction. D'autres témoins deposent la meme chose.

suos prope Roquam Deriam, in qua captione vulneratus fuit decem et septem plagis quas plagas vidit iste testis, vidit etiam quod postquam fuit captus, quidam miles anglicus vocatus dominus Thomas Dagonne in dicta villa de Ruppederiam, ubi dictus dominus Carolus jacebat in quodam leto ubi erat culcitra plumea supra quam nudus jacebat, ipsam culcitram fecit per indignationem, ut apparebat, sustrahi de subrus ipsum, et sic remansit idem dominus Carolus supra stamina solo lintheamine supra dicta stramine remanente, super quo dictus dominus Carolus gratias egit Deo dicens quod in tali statu volebat et desiderabat esse, et quod de cetero non jaceret supra culcitram plumeam prout videtur isti sequenti ... multas etiam alias persecutiones passus fuit post captionem predictamque ductus fuit per Britanniam per inimicos suos, de castello in castellum et de villa in villam absque eo quod permetterent gentes suas ire cum eo et post modum fuit ductus in Anglia ubi stetit quasi per novem annos, excepto quod durantibus dictis novem annis, bis venit in Britanniam et semel in Franciam et qualibet vice stetit per tres menses vel circa ut sibi videtur, quod aliter de tempore non recolit, isto teste qui erat suus medicus semper cum eo existente ... postquam in Anglia applicuit quasi per tres annos primos in prisione seu carcere firmato semper fuit et de nocte ponebatur in quadam turre¹⁰ usque ad crastinum, hora primae vel circa, et tunc aperiebatur dicta turris ut posset exire per aliquod spacium castrum in quo erat sub custodia tamen Anglicorum, et ibi audivit et sustinuit ab Anglicis multa verba vel obprobriosa quae sustinuit patienter ... quas alias prosecutiones ibidem passus fuit ... longissimum esset enarrare sed quandiu ibi fuit dictus dominus Carolus, in continua persecutione et tribulatione semper extitit absque eo quod aliquod gaudium haberet, vel aliquam prosperitatem quod iste testis percipere posset ... alias persecutiones passus fuit dum rediit de Anglia quod dum venit in Franciam maritavit filiam suam cum domino Carolo de Yspania tunc constabulario Franciae, et per tractatum dicti matrimonii dominus rex Franciae debebat solvere redemptionem dicti domini Caroli regi Angliae, et postmodum mortuus fuit dictus dominus constabularius, quo mortuo dictus rex Franciae nichil solvit, nec antea solverat, quod audiverit vel sciverit iste testis, quare oportuit ipsum dominum Carolum reverti ad prisionem suam in Angliam et convenit cum rege Angliae pro dicta redemptione sua et per conventionem hujusmodi praedictus dominus Carolus filium suum primogenitum promittebat et promisit maritare cum altera filiarum regis Angliae quae vocabatur Margareta prout sibi videtur, et dictus rex Angliae promisit similiter dare dictam filiam suam eidem filio dicti domini ducis et patriam dicti domini ducis liberare, mediantibus quater centenis millibus denariorum aureorum quae dictus dux dicto regi Angliae solvere promittebat et sub certis aliis conditionibus atque pactis quas rex Angliae noluit observare licet eas juramento firmasset, prout audivit iste testis, a pluribus notabilibus personis quae presentes ad hoc interfuisse dicebant requisitus (*testis*) quae sunt conditione, et pacta quae inter ipsos fuerunt, dicit

Page 7 / chapitre I^{er}

quod de eisdem plene non recolit, sed solum quod mediante dicto matrimonio dictus dominus Carolus debebat a prisione liberari et obtinere ducatum Britanniae et post mortem suam dictus filius suus et heredes sui qui procrearentur ex dicto matrimonio debebant succedere in ducatu pro quo matrimonio et conditionibus ad implendis dictus filius primogenitus cum Guidone fratre suo ductus fuit in Angliam sed postmodum dictus rex Angliae spretis conditionibus pactis et juramento pretactis detinuit et ad huc detinet ambos filios supradictos quae omnia cum multis aliis adverbis talibus idem dominus Carolus sustinuit patienter ... Item dicit quod idem dominus Carolus erat valde sobrius in potu et cibo et quamplures abstinentias faciebat ... etc. ... Dicit quod quia sibi cotidie assistebat tanquam medicus et ejus modum comedendi et bibendi videbat et ipsum multociens super hoc nec non et super eo quod aliquibus diebus jejunare volebat in pane et aqua increpabat iste testis, et per confessorum suum increpari faciebat quia sibi videbatur quod propter hoc vires sui corporis debilitabantur. Dicit etiam testis loquens quod caste vixit nec nunquam cognovit carnaliter aliquam uxorem nisi propriam conjugem prout credit, nec unquam audivit quod esset de aliquali incontinentia diffamatus nec percepit in ipso signa incontinentiae aliqualis. Item dicit quod fuit valde misericors, liberalis et compatiens erga pauperes et miserabiles personas, ecclesias, monasteria et alia pia loca ... etc. ... quodque ecclesiam Redonensem honeste depingi fecit ac sinistram partem videlicet in capite crucis ipsius ecclesiae vitrearum de magnis et pulcherrimis vitreis¹¹ ac pulcris et puris coloribus cum decentibus ymaginibus ibidem depictis quae consisterunt usque ad summam et valorem bis mille librarum et ultra, et in dicta

¹⁰ *en marge gauche* : turre londinensi dit le 12^{ème} témoin – infra.

¹¹ *en marge gauche* : vitres peintes des églises (*années*) 1360.

ecclesia Redonensi duas cappellanas perpetuas ... dotavit et fundavit ac paramenta et ornamenta pulcherrima de lana ad parandum et ornandum dictam ecclesiam dedit etc. ... Item, dicit quod erat bonus et perfectus catholicus et apud Deum et Ecclesiam valde devotus, et in orationibus suffragiis et divinis eloquiis assiduus et intentus ... missas quotidie audiebat ad minus duas in die, quarum una saltem erat cum nota quando erat residens in aliquo loco, et non erat occupatus, et aliquoties plures, et quando erat occupatus saltem una audiebat et etiam audiebat matutinas et vespervas et alias horas canonicas cum nota in festis dupplicibus et easdem horas canonicas in propria persona cum adjutorio cujusdam capellani qualibet die dicebat, nisi esset arduis negotiis occupatus. Et etiam de Biblia et Legenda aurea¹², et aliis sacris scriptis libenter loquebatur et audiebat sequi, et audientes ipsum prout poterat, instruebat, et inducebat ad bonos mores, et ad benefaciendum et abstinendum a malo et multas prostationes et genuum flexiones, tam in ecclesiis dum dicebatur in eisdem divinum servitium quam alibi et potissime in camera sua de nocte per magnam partem noctis hoc faciebat. Dicit etiam quod frequenter statim quod surrexerit de leto confitebatur peccata sua et etiam multociens quando debebat intrare letum aliquoties proprio confessori et aliquoties isti loquenti et aliis capellanis suis quam proprium confessorem non habebat, et hoc deponit quia multociens vidit

Page 8 / chapitre I^{er}

et audivit, et per hoc credit firmiter quod nunquam intravit letum existens in peccato mortali. Dicit etiam quod fuit justus et zelator justitiae ... quia pro posse suo semper habuit secum senescallos et ministros justitiae meliores et probiores quos poterat reperire, et eisdem praecipiebat quod fuerunt inter omnes et singulos personas bonum justitiae complementum et quod unicuique prout esset eis possibile jus suum tribuerent, redderent et observarent ... et quando aliquis provocabat alium alium coram ipso ad duellum non permittebat quod committerent hujusmodi duellum, sed ipsos pro posse suo pacificabat dicens, quod istud non erat nisi temptare Deum et quod hoc erat reprobatum a jure, nec unquam vidit aliquod duellum perfici coram ipso et hoc scit quia ita vidit et audivit cum sibi cotidie assisteret, item dicit quod ultra predictas abstinencias multas alias penitentias faciebat et multas austeritates sustinebat ... qualibet die ad carnem induebatur cilicio et cordis nodosis supra cutem nudam cingebatur, et etiam qualibet nocte jacebat cum dicto cilicio nisi quando ipsum contingebat jacere cum dicta uxore sua, nec supra culcitram plumeam jacebat neque jacuit postquam captus fuit ut preferetur, sed supra quemdam parvum letum de matha seu *Matheraz* Galice, et aliquoties super stramina cum solo coopertorio et lintheaminibus dumtaxat jacebat ... indutus erat dicto cilicio quando fuit mortuus dicit etiam quamdiu fuit prisonarius in Anglia per dictos tres primos annos qualibet die veneris dicendo septem psalmos penitentiales verberabat corpus et membra sua cum flagellis corrigiarum nodatarum habentium parvas acus infixas in nodis dretrarum corrigiarum, adeo et taliter quod sanguis effluebat ... Dicit quod semel invenit ipsum dominum Carolum sic se verberantem, et confessus fuit ipse dominus Carolus isto testi quod qualibet die veneris sic fecerat quandiu fuerat in Anglia per dictos annos rogando istum testem quod ista scerula tenerat et nulli quomodolibet revelaret quandiu idem dominus Carolus vitam duceret in humanis. Item dicit quod per longum tempus antequam iret ad conflictum in quo mortuus fuit fecit et condidit suum testamentum et executores constituit, inter quos fuit nominates testis presens ac ordinavit quod si opus esset pars hereditatis suae venderetur pro satisfaciendo creditoribus suis et illis quibus teneri poterat. Idem scit quia presens fuit dum hujusmodi testamentum taliter ordinavit, dicit etiam quod die qua mortuus fuit antequam iret ad dictum conflictum, missam audivit, et confessus fuit peccata sua ac recepit corpus Domini, et postmodum iterum antequam intraret dictum conflictum, confessus fuit proprio confessori, ac iterum et tertio in dicto conflictu confessus fuit peccata sua cuidam alii capellano. Interrogatus quod sciret, dicit hoc se scire et pro eo quod tunc praesens erat cum ipso, et ista vidit et scivit sic fieri. Viditque conflictum hujusmodi et ab inimicis ibidem captus fuit. Idem testis interrogatus

Page 9 / chapitre I^{er}

qualiter mortuus fuit idem dominus Carolus, dicti quod super hoc veraciter loqui nesciret quia tunc se traxit ad partem cum illis qui custiodebant equos, sed audivit dici a pluribus fidedignis de quibus non recolit quod per magnum spacium temporis postquam captus fuit per inimicos suos et se reddiderat prisonarium eisdem, ipsi inimici eundem occiderunt ac armis et aliis vestimentis suis despoliaverunt ac ipsum indutum cilicio ad carnem invenerunt. Item dicit testis iste quod de praemissis de quibus supra deposuit, fuit et est in tota Britannia publica vox et fama et communis assertio, etc.

¹² en marge gauche : legende dorée.

Le 12^{ème} témoin dit : ... per totum tempus QUO 5ISTE TESTIS° FUIT CUM IPSO 5Carolo° jacuit super straminibus superpositis quadam sargia seu matha et lintheamine, absque culcitra plumea cum crinali, etiam de paleis seu straminibus sine pluma et dum cum dicta uxore sua jacebat, letus erat partitus videlicet pars in qua uxor jacebat cum culcitra et crinali plumeis, et pars in qua jacebat dictus dominus Caralus cum straminibus et matha ac crinali sine pluma etc.

Le 13^{ème} témoin, Hamo de Lengueouez domicellus parrochianus de Troueguet Leon. diocesis ... aetatis 64 ann. circa dicit ... quod bene vidit dominum Carolum a tempore que reges Francia et Angliae fuerunt apud Burenfousse¹³ videlicet anno M° CCC° XXXIX, et antea a tempore quo domina Johanna Britanniae fuit praefato domino Carolo desponsata ... qualibet die audiebat tres missas dum et quot. ipsas [--re]¹⁴ poterat ... et hoc deponit quia vidit et audivit per totum tempus quo curiam dicti domini Caroli frequentavit serviendo domino Herveo de Leonio militi per cujus consilium dictus dominus Carolus ducatum Britanniae gubernabat. Dicit etiam quod ipse habebat privilegium apostolicum quod ipso posset facere coram se etiam ante diem missas ubicumque celebrari et dum necessitas ipsum cogebat antequam equitaret faciebat missam coram se ante diem celebrari ... induebat cilicium in carnem et arenam seu lapilos sub plante pedem¹⁵ (*sic*) videlicet inter pedes et caligas ponebat ... Item, quod tenuit bonam iustitiam propter hoc quod ipse habebat bonos senescallos ac officarios et sapientes ac bonae vitae qui consuetudines dicti ducatus bene sciebant et praecipiebat eis quod facerent justitiam etc.

Le 15^{ème} témoin, nobilis vir Gaufridus Budes miles de parrochia de Ussello brioc. diocesis aetatis XXV vel circa, dixit ... quod ipse vidit et novit dominus Carolus et fuit in conflictu de Aurayo cum ipso et domino Silvestro de Foulleya avunculo istius testis et in quo fuit iste captus par inimicos ... et audivit dici a pluribus quod ipse dominus Carolus horas suas canonicas sicut unus presbyter dicebat ... et vidit quod ipse dominus Carolus audivit duas missas die qua fuit dictus conflictus et antequam accederet ad dictum conflictum de Aurayo in quo mortuus fuit. Et die dicti conflictus, antequam ipse dominus Carolus intraret bellum, audivit ipsum dicentem gentibus suis : « domini et amici mei, si Deo placuerit, hodie habebimus bonum diem, et si Deo placuerit quod cum habeamus, labores quos pro me assumpsistis vobis reddam, et populus liberabitur a miseriis et oppressionibus quas pro nobis hactenus sustinuit et sustinet cotidie ». Item dicit iste quod die crastina conflictus praedicti iste qui erat prisonarius Anglorum et qui in dicto conflictu captus fuit, ut praefertur, erat penes Jacobum Rouse anglicum in villa de Aurayo, ubi erat dominus de Latimerio, et plures alii Anglici et ubi

Page 10 / chapitre I^{er}

audivit ipsos loquentes de dicto domino Carolo et dicentes quod cilicium inventum fuerat circa ipsum post mortem ipsius, et audivit tunc dici, et postea quod plures Anglorum et Britonum, qui erant de parte ducis moderni, dictum cilicium partiti fuerunt et secum detulerunt.

Le 18^{ème} témoin, Joh. de Carmellou, armiger, dicit quod dum dominus Carolus mortuus fuit in conflictu de Aurayo ubi iste testis captus fuit ab Anglicis, vidit ipsum mortuum dicto cilicio indutum, et per Anglicos in campum dicti conflictus dicto cilicio expoliari etc.

¹³ *en marge gauche (peu lisible)* : entrevue des rois d'Angleterre et de France à Burenfousse en 1339. Nota : les notes publiées de Rymer sous cette année 1339 ne font mention d'aucune entrevue entre Edw. III et Philippe de Valois, mais seulement de plusieurs commissions données par ce roi d'Angleterre pour traiter avec Philippe de Valois qu'il appelle : pro rege Francie se gereatum. Cependant, Rymer rapporte des actes tome II, part IV [*illis.*] du roy d'Angleterre datées de Bruxelles mardi avant la nativité de St Jean Baptiste p. 48, c. 8 ; d'Anvers 1^{er} juillet 1339 pag. 49, c. 1 ; d'Anvers 6 juillet p. 49, c. 1 ; [*illis.*] ou Markoyne apud villam de Markoyne intra marchiam Francia, 26 septembre 1339, p. 51, c. 2 ; le 4 octobre au meme lieu p. 52, c. 2 ; à Gand le 2 nov. 1339 p. 55, c. 1, Anvers 3 novembre, p. 56, c. 1 ; 17 novembre, p. 56, c. 2 ; 28 nov., p. 58, c. 1, 10, 20, 22, 28, 29 novembre 1339, 1^{er} janvier 1340NS, p. 61, 2 janvier, 4 janvier ; à Gand 26 janvier, [*illis.*] anno regni nostri Francia primo, Angliae vero 14 (1340) [*illis.*] à Gand, 6 fevrier, 8 fevrier. Edw revient en Angleterre le 21 fevrier 1340.N.S. p. 69, c. 1. Il en étoit absent et avoit passé la mer dès le 12 juillet 1338, p. 28, tome II part IV, et d'après ce temps les actes sont datés de Gand ou plus ordinairement d'Anvers : apud [*illis.*] , p. 35, c. 1, ; de Malines p. 35, c. 2, et dans cet espace de temps, on trouve plusieurs commissions données pour traiter de paix avec Philippe (*de Valois*). Il ne s'agit jamais d'entrevue, peut-être celle-ci dont parle [*illis.*] étoit elle d'abord secreta. (Leydet).

¹⁴ *abréviations non comprises.*

¹⁵ *on attendrait plutôt « sub planta pedis » ou « sub plantis pedis ».*

Le 19^{ème} (temoin), frater Paganus de Kelen, presbyter ordinis Fratrum Minorum de conventu de Guencampo ... dicit quod dum dominus Carolus aspiciebat aliquos pauperes vivos et mulieres qui volebant loqui cum ipso ipse libenter et benigne eos audiebat et dum erant aliqui nescientes loqui gallicum faciebat sibi interpretari suum ydioma, et postmodum eis dabat generosa responsa.

Le 20^{ème} temoin, frater Derianus Parvi, presbyter ordinis Fratrum Minorum de conventu de Guencampo, ... dicit ... quod habebat divinitus intelligentiam scripturarum, ..., quod dictus dominus Carolus non stuidisset in aliquo studio generali vel alio studio. Quod audiverit vel siverit, iste testis, sed tamen aliqualiter instructus fuerat in grammaticali et incantu in domo domini Guidonis comitis Blesensis patris sui, et tamen de dictis scripturis de vita Sanctorum, tam in mensa quam alibi profunde et scientifice ac catholice loquebatur. Et audivit dici multociens a pluribus quod fecit quamdam scripturam in Anglia, dum erat ibi prisonarius, de vita seu statu beati Yvonis¹⁶ in qua ipsum comparat cuilibet ordinis et statui Beatorum, quam scripturam vidit multociens iste testis ut asserit, et ejus copiam, ut asserabat, exhibuit coram nobis.

Le 23^{ème} (temoin), Jean de Fourneto armiger, *qui rapporte un trait de sa charité lorsqu'il donna l'aumone à une femme publique de Dinan, à condition qu'elle se corrigeroit. Le maitre d'hostel voulut lui faire preter serment*, quod fieri non promisit (*Carolus*) propter periculum parjurii, ut dicebat. *Et à la fin de sa deposition, ce temoin dit* : nonnulla fecit et facit miracula apud Guenganpum trecorensis diocesis et in villa petragoricensi¹⁷ et in pluribus aliis locis in quibus conversatus fuit iste, vigerunt et vigent publica vox et fama etc.

Ce meme temoin dit qu'il avoit touché son cilice ... dum dictus dominus Carolus venisset apud Pleyssacum Bertrandi penes dominum Petrum de Guesclin militem in suo ducatu.

Le 27^{ème} temoin, dit que Charles de Blois porta en procession les pieds nus et deposa dans l'église de Rennes, quamdam portionem reliquiarum corporis beati Yvonis, une autre portion, ad monasterium beati Melanii prope Redon ..., quas reliquias episcopus et canonici trecorensis (*diocesis*) sibi dederant etc.

Un autre temoin, Rollandus Poencii clericus, *dit* : trufflas seu garrulationes aliquod vicium continentis nolebat audire imo talia loquentes amicabiliter redarguebat etc.

Le 49^{ème} temoin, Micheletus Barbeloti, barbitonsor de parrochia de Guemganpo, trecor. dioces., aetatis 30 ann., dicit ... quod ipse quoscumque superbos et elatos abhorrebat unde contingit semel dictus dominus Carolus esset Nannetis quadam die festo consecrationis corporis Christi dum defferetur corpus Xpi per villam Nannetens., et ipse esset praesens in delatione hujusmodi et ipsemet in propria persona cum magna humilitate adjuvaret et defferendum dictum corpus, vidit et

Page 11 / chapitre I^{er}

percepit quemdam monachum inter alios portantem et habentem solutares cum poulena¹⁸, valde inhonestos, hoc mirabiliter abhorruit et statim fecit ipsum per prelatum suum corrigi et emendari adeo et taliter quod dum religiosus postea honeste se habuerit in praemissis ... dicit quod semel cum esset (*Carolus*) Nannetis, fuit sibi nunciatum quod gentes suae quae deferebant in Anglia centum milia floren. auri ut sibi videtur pro quadam portione redemptionis ipsius regi Angliae solvend. fuerant submersae in mari, et quod chevancia¹⁹ hujusmodi erat perdita quo audit ipse patienter sustinuit ... dicendo junctis manibus et erectis oculis versus coelum : « ego regarator vero creatori meo de omnibus qua donat nobis, omnia venient ad bonum ».

²⁰*Le dernier temoin*, nobilis vir Gaufridus de Dinanno miles maclov. diocesis aetatis L ann., dicit quod Carolus pauperibus et aliis popularibus maxime sui ducatus valde compatiebatur ... et hoc scit quod die conflictus praedicti de Aurroyo (*in festo beati Michaelis anno Domini M^o CCC^o LX^o quarto*), dum ipse cum suis gentibus armorum paratus fuisset ad bellum in campo conflictus adversarios suos etiam ex adverso paratos contra ipsum, prolocutum fuit de tractatu habendo cum ipso ex parte dictorum adversorium, dum modo ipsi haberent redemptiones a popularibus sui ducatus usque ad quinquennium, prout antea de facto habuerant, et cum nobiles viri dominus de Ruffeforti et

¹⁶ *en marge gauche* : Charles de Blois avoit écrit la vie de Saint Yves de Treguier.

¹⁷ *en marge gauche* : Charles de Blois fait des miracles à Périgueux.

¹⁸ *en marge gauche* : souliers à la poulaine, luxe des moines.

¹⁹ *en marge gauche* : chevancia, gloss.

²⁰ *en marge gauche* : il y a dans cette deposition un papier écrit d'une main recente et attaché avec un epingle, il paroît par ce billet qu'on a fait copier récemment ce proces-verbal en bonne partie.

vicecomes Rohanni praesentes ibidem in armis et de parte ipsius existentes tractatui hujusmodi consentirent, dicens dictus dominus de Ruffeforti quod quantum in ipso erat praediligebat summam triginta millium librarum levare et exigi a subditis suis quam ipsa die debellare, ac dixit praesenti testi quod ipse iret ad dictum dominum Carolum et sibi diceret quod melius sibi foret permittere hujusmodi redemptiones levare a dictis popularibus quam eventum belli expectare, qui praesens testis accessit ad dictum dominum Carolum et hoc ex parte dictorum nobilium eidem nuntiavit, quod cum audisset, respondit quod praediligebat incidere in eventum belli ad voluntatem Dei quam permittere populum suum talibus miseriis et angustiis praegravari quibus compatiebatur, et pro ipsis pugnare volebat ut dicebat et finaliter pugnavit et mortuus fuit ... Dictus dominus Carolus esset Redonis et fuisset orta controversia inter episcopum redonens. ex parte una, et officarios justitiae secularis dicti domini Caroli ex alia, super juribus et libertatibus ecclesiae Redonens., ipse mandavit episcopo moderno Redonen quod [---atim]²¹ ad ipsum veniret, qui quidem episcopus accessit ad eundem et dum vidit eum, dixit sibi : « Domine mi redonen., advertatiso quia gentes meae intendunt proponere contra vos nonnulla gravamina quae dicunt fuisse attemptata per vos et gentes vestras contra justitiam nostram secularem, sed bene caveatis de responsionibus vestris faciendis, et non dubitatis quia jura et libertates vestras ecclesiae vestrae illaestas conservabimus Deo dante ». Et hoc scit quia ad hoc praesens fuit etc.

Secuntur nomina et depositiones testium praedictorum ... super miraculis dicti domini Caroli etc. *Parmi ces miracles, on parle de plusieurs morts ressuscités, mais le 41^{ème} témoin parle ainsi, ce qui ferait connaître le mœurs de ces temps (nota : Charles de Blois étoit fort opposé aux duels, supra).*

Yvo de Alneto armiger de Parrochia Nova, leonen. diocesis, aetatis 24 ann. vel circa, dicit ... quod quidam armiger de Vasconia vocatus le Bourd de Caumont, filius naturalis domini de Caumont, despiceret et diffamaret in civitate Pictavensi, in qua iste testis tunc erat prisonarius, gentes armorum patriae Britanniae²², de qua patria iste est oriundus, dicendo quod Vascones erant meliores homines armorum, honorabiliores et magis fideles quam Britones, quod contradicebat iste testis, dicendo, quod Britones praevalebant

Page 12 / chapitre I^{er}

et erant meliores quam Vascones, continuassetque dictus le Bourd de Caumont dicta sua verba contra ipsum testem semper diffamando Britones, acciditque cum quadam die martis quae fuit ante festum Omnium Sanctorum anno Domini M^o CCC^o septuagesimo, dictus le Bourd de Caumont repeteret dicta verba Pictavis, semper dicendo quod Vascones erant meliores homines armorum et honorabiliores et fideiores quam Britones in presentia istius testis, semper contradicentes, et offerret verba sua praedicta verificare et probare contra ipsum testem per duellum, iste testis dementitus fuit eundem asserendo Britones esse meliores homines armorum, honorabiliores et magis fideles quam Vascones, super quo dictus vocatus le Bourd istum testem provocaverat ad duellum si volebat contradicere verbis suis praedictis, et in signum hujusmodi duelli, projecit ad terram duas cirothecas quas in manu sua tenebat, videlicet coram domino Thoma de Percheyo milite senescallo Pictaviae ibidem existente, et iste testis dicens quod probaret contra dictum le Bourd quod mentitus erat dicendo verba praedicta contra Britones, jactabit ad terram barretam suam contra dictum le Bourd de Caumont, etiam coram dicto senescallo in signum deffensionis et ipsum vocatum le Bourd de Caumont ad requestam suam recepit ad duellum. Et postmodum certa die assignata et per istum et dictum le Bourd acceptata coram dicto senescallo Pictavis ad hujusmodi duellum faciendum, iste testis, semper reminiscens de dicto domino Carolo et miraculis quae Dominis Jesus Xpi ob ejus merita faciebat, dum armatus et paratus fuit ad dictum duellum, antequam intraret campum duelli, et post, antea quam invaderetur a dicto adversario suo, invocavit plures sanctos et specialiter dictum dominum Carolum, ut ipsum testem dicta die adjuvaret, per hoc verba videlicet : « Sancte Carole, ita vere sicut habeo bonam causam, requiro te quatenus sita, habes potestatem apud Deum, me adjuves in hac die contra adversarium meum, et promitto tibi, quod si sustineam in hoc campo contra adversarium meum, vistabo sepulcrum tuum, nec vinum bibam donec personaliter visitavero illud », ac in memoracionem dicti domini Caroli, deportavit supra brachium suum, ut dicit, nomen ipsius domini Caroli acryptum grossis litteris in galico, qua invocatione sic facta dictus adversarius istius testis invasit istum testem, et dictus testis in dicto duello dictum adversarium suum fortiter armatum devicit, et interfecit in campo, et postmodum visitavit

²¹ mot non déchiffré.

²² en marge gauche : jalousie entre les Gascons et les Bretons.

dictum sepulcrum, et bene fuerunt septem ebdomadae preteritae a die qua devicit dictum adversarium suum antequam ipsum sepulcrum visitaret, et dicit quod credit quod ad invocationem dicti domini Caroli victoriam obtinuit ... fuit hoc duellum quadam die sabbato quae fuit per quindecim dies post festum omnium sanctorum, et ad dictum duellum presentes fuerunt domini Nicholaus d'Angourt, Gunthardus d'Angle et dominus de Partheneyo milites, Jacobus Lalein, Johannes de Bosco, et P. Boschier armigeri ac plures alii tam nobiles quam barones, milites et armigeri ac plebes usque ad numerum quatuor milium personarum et ultra.

Le 30^{ème} témoin, Petrus Girardi, civis andegavensis, aetatis 32 ann., *dit que sa fille fut delivrée de maladie de fureur, par l'intercession de Charles de Blois à cette occasion,*

Page 13 / chapitre I^{er}

il dit que sa femme l'ayant appelé, dicit iste testis, dictam uxorem suam Matheam nomine increpavit, dicendo praedictae uxore. suae ista verba « Mathea, vos postestis habere devotionem apud ipsum dominum Carolum et eundem orare in secreto, sed caveatis ne ipsum in publico vocatis Sanctum Carolum donec canonizatus fuerit, quia per hoc possemus multum dampni ficari, et per officialem reprehendi et forsitan non est sanctus, nec credere debemus quod sit sanctus quousque per Ecclesiam fuerit approbatus ».

Le 51^{ème} témoin, Herveus de Kaldenet leonensis diocesis, dicit quod cum esset in fortalio de Blanco sive Albo in Bituricinio (*alius dicto de Oblineo in Bituricinio*) una cum aliis armorum hominibus qui erant pro parte domini nostri Franciae regis, et contigit quod plures de sociis hominibus armorum qui erant in dicto fortalio fecerunt unum equitatum in Aquitania inter quos erat Johannes de Ruffleyo qui in dicta Aquitania capit unum homin. in prisonarium agricultorem prout credit et abduxit cum ad dictum fortalium, (*cum*) funibus [-----]²³ manus et pedes fortiter et stricte ligavit ... et ipse prisonarius cepit orare Sanctos qui in patria coluntur ut vellent ipsum juvare, et ipsum a dicta prisione liberare, et tunc praefatus Johannes de Ruffleyo dixit eidem prisonario quod pro omnibus sanctis illius patriae nichil faceret, « sed roga Sanctum Carolum de quo dicitur quod miracula fecit, et si tu solvas a vinculis, ego te quittum et liberum abire permittam ». Et tunc prisonarius dixit : « Sancte Carole, ego me reddo vobis, et vos rogo ut me velitis expedire et liberare », et statim soluta sunt omnia vincula que [-]²⁴ ligatus tenebatur, et tunc praefatus Johannes de Ruffleyo dicto prisonario dixit : « Anglice, Aquitaniae latro²⁵, credis tu modo quod dictus dominus Carolus sit sanctus ? », qui respondit quod sic, et tunc praefatus Johannes dictum prisonarium libere abire promisit, etc.

Le 60^{ème} témoin, Guillelmus de Maricul armiger de civitate Nannetensi oriundus, aetatis 25 ann. dicit ... quod in villa Petragoricensi est quadam cappella noviter aedificata in honorem dicti domini Caroli²⁶, juxta ecclesiam Fratrum Minorum dicti loci, videlicet satis prope primam portam dictae ecclesiae, de qua potest intrari in dictam ecclesiam et de dicta ecclesia in dicta capella, quia non est nisi hostium intermedium, et etiam est alius introitus in eadem cappella foris dictam ecclesiam in qua capella est altare in honore dicti domini Caroli et est ymago ipsius domini Caroli ibi in pariete depicta in armis Britanniae, in qua capella multa fiunt miracula in honorem ipsius domini Caroli, prout audivit dici, et ibi sunt multae ymages²⁷ et vota cerea capitum hominum, brachiorum, manuum, tibiarum et nonnulla alia votorum et miraculorum insignia ac etiam baculi sustentacula, seu potentiae non nullorum qui per merita et ad invocationem ipsius domini Caroli restituti sunt et dicitur sanitati ... quod circa principium augusti ultimo praeteriti et etiam in Hebdomada Sancta ultima praeterita fuit (*dicit iste testis*) in dicta cappella et praemissa vota et insignia miraculorum vidit ... dicit quod quidam frater minor de dicto conventu petragoricensi sicut audivit, dici a dicto fratre et pluribus aliis de dicta villa Petragor. aedificari fecit dictam capellam. Ob quam causam dictus frater fecit fieri et aedificari dictam capellam, dicit quod idem frater minor fuerat per septennium adeo et taliter gutosus in renibus, femoribus, genibus, tibiis et aliis membris inferioribus infirmus et impotens, quod absque sustentaculis seu potentiis se sustinere non poterat ... qui audiens a multis

Page 14 / chapitre I^{er}

²³ peu lisible, mot non déchiffré.

²⁴ mot non déchiffré.

²⁵ en marge gauche : « voleur d'Aquitaine », injure atroce, à cause des brigandages des compagnies.

²⁶ en marge gauche : culte de Charles de Blois établi à Périgueux et comment ?

²⁷ en marge gauche : on dit la même chose de l'église de Guencamp, où repose le corps de Charles de Blois.

quod dictus Carolus multa miracula faciebat, votum emisit ad dictum quod si posset restitui sanitati quoddam oratorium seu quandam capellam aedificari faceret in honorem ipsius domini Caroli, et incontinent. voto emisso fuit sanitati restitutus etc., quem fratrem vidit arcitum et sanatum ... requisitus quo tempore ... dicit quod tempore de quo supra et dicta sancte Hebdomade quadam die de qua non recolit quia erat in dicta ecclesia Fratrum Minorum causa audiendi missam. Interrogatus ob quam causam iverat ad dictam villam petragoricensem, dicit quod tunc erat, et adhuc est prisonarius Anglicorum²⁸, et captus fuerat in fortalio Montis Pavonis et transibat per dictam villam petragoricensem veniendo de civitate Burdigalensi et eundo ad civitatem Tholosanam abi habebat agere ratione suae prisionis ... dicit quod ab anno est circiter a quo cepit aedificare dictam capellam dictus frater minor ... et super istis est in dicta villa Petragor. et partibus circumvicinis publica vox et fama.

Le témoin suivant confirme la meme chose de cette chapelle de Perigueux, il dit qu'il a vu en octobre 1370 et ajoute que cette chappelle : quae fuerat destructa, raedificatam et reparatam de novo in qua erant multa insignia miraculorum etc. quam quidam frater dicti conventus pro eo quod impotens, gutosus podagra et ciragra fuerat etc., le frere mineur fit le vœu sur ce que lui dit un frere precheur qui venoit de la cour romaine où l'evêque de Treguier luy avoit dit que Charles de Blois faisoit beaucoup de miracles, et le dominicain persuade l'autre religieux de se vouer à Charles etc., ce qu'il fit et promit²⁹, interrogatus si illa imago (in cappella Petragor.) sit depicta cum diademate, dicit quod non sed simpliciter cum armis Britanniae quia, ce frere mineur l'avoit faite rebatir (la chapelle) par les secours de ses amis et des dons que le gardien luy avoit permis d'employer à cette reparation.

garnisons e gens deus deys tres locs per totas las maneyras, vias et remedis que far poyran leyalement e a bona fe de la quau seguransa autrey e ferma en deu dit pati passador per los deys cappitaynes de Castelhon, de La Mota o de Montrabeu, lo deyt senhor de Sancta Baselha deu aner certificat los deys senhors deu deyt cosselh deu rey d'Anglaterra, e si nols y pot far fermer e autreyar que ab garnisons e autramen en totas las maneyras et vias que poyra ed remediera cum mal, guerra ni dampnatge non sia feyt ni dat a las gens e pays deu rey d'Anglaterra ... dadas et escriutes sur la plassa communau davan lo loc de Langon, lo darradey jorn de fevrey qui fol o diveudres après Sen Massias apostol., l'an de gracia M tres cents quatre vintz e J. *En parchemin, avec deux sceaux (perdus), reste les lemnisques.*

¹⁵⁸ *en marge gauche* : moulins à vent, 1381.

¹⁵⁹ *en marge gauche* : traité particulier du sgr de La Mothe.

¹⁶⁰ *Nous avons placé ici ce paragraphe, qui est en marge gauche dans le manuscrit de Leydet (note Cl. R.).*

¹⁶¹ *en marge gauche* : guerre avec Vernes, quid ?

¹⁶² *en marge gauche* : Castilhon mis en Périgord.

Lettres d'Edouard III roi d'Angleterre, par lesquelles il fait à Bernard sire d'Albret, la remise des lods et ventes de la terre de Gensac, etc. (1345(?))

In dossier E 129 aux AD 64.

Edwardus, Dei gratia rex Angliae, Edwardo duci Aquitaniae ... filio suo karissimo, salutem. Supplicavit nobis dilectus nobis Berardus de Lebreto domicellus, quod, cum dominus de Brageyraco volens Mathae de Lebreto consortis suae honori et utilitati providere castra de Gensiaco, Mauronis et de Montemiro donasset Reynaudo de Ponte domino de Ribeyraco consanguineo suo et idem Reynaudus eadem castra cum suis pertinentiis titulo donationis Bernardo de Lebreto vendidisset, idemque Bernardus post modum eadem castra cum suis pertinentiis titulo donationis in praefatam Matham transtulisset secundum ordinationem domin Brageyraci supradicti, velimus dictae Mathae ut vendas quae nobis secundum consuetudinem partium illarum ratione praemissorum debebantur videlicet vicesimam partem precii castrorum praedictorum remitti gravose nos ad bonum et laudabile servicium ipsius Berardi nobis multipliciter impensum considerationem habentes etc. remisimus etc. et ideo vobis [--ungimus] ¹⁶³ ... quod etc. Datum apud Chene, XVI die octobris, anno regni nostri XIX°. *Sur l'exequatur. En parchemin, par le connétable de Bordeaux.*

Lettres d'Edouard III roi d'Angleterre, par lesquelles il confirme à Bernard-Ezi, sire d'Albret, les gages qui lui avoient été donnés par Olivier de Joglan sénéchal de Gascogne, pour lui, et 99 hommes d'armes à cheval, et 200 sergens à pied (1344(?)).

In dossier E 33 aux AD 64.

¹⁶⁴Edwardus, Dei gratia rex Angliae et Franciae rex, dux Hibernae etc., sciatis quod cum Oliverius de Juglan nuper senescalus noster Vasconiae nobilem virum Bernardum Ezii dominum de Lebreto baronem una cum quater viginti et decem et novem hominibus armatis equitibus et ducentis servientibus... peditibus in servicio nostro et in municionibus et in custodiis locorum suorum in frontera inimicorum nostrorum existentium ad vadia regia baronis et equitum et peditum in partibus anglican. dari consueta quamdiu nostro placuerit et voluntati prout in litteris patentibus ipsius Oliverii poterit apparere, nos ea que per praedictum senescallum facta sunt in hac parte acceptantes, volumus et concedimus quod idem praedictus Bernardus quotiens de dictis hominibus pro obsequio nostro sit indign. eosdem homines tenere et hujusmodi vadia percipere et habere valeat juxta tenorem litterarum ipsius senescalli praedictarum. In cujus rei testim., has litteras fieri fecimus patentes, teste me ipso, apud Westmint., quinta die julii anno regni nostri decimo octavo, regni vero nostri Franciae quinto. *Scellé, en parchemin.*

Constitutions synodales du diocèse de Condom, faites par Hérard de Grossoles, évêque de Condom (1525)

In dossier E 271 aux AD 64.

Constitutiones synodales diocesis Condomensis

¹⁶⁵Secuntur constitutiones synodales quas nos Herardus de Grossoles miser. divin. episcopus condomens. irrefragabiliter sub penis infrascript. praecipimus et jubemus publicatae in nostra synodo generali per nos tenta et celebrata in ecclesia cathedrali Condom., pensa nostra die penultima mensis maii ad quam diem praedictum sinodum ex certis causis animum nostrum moventibus prorogabimus, anno Domini 1525.

¹⁶³ non déchiffré.

¹⁶⁴ en marge gauche : cotté F 5 / Quelles etoient les forces du sgr d'Albret en 13-- ? / . mot d'Arnaut Amanieu d'Albret au prince de Galles dans Froissard, etc., qui luy demandoit combien il pouvoit fournir etc.

¹⁶⁵ en marge gauche : cotté J VII / constitutions synodales de Condom 1525, Histoire ecclesiastique, droit canonique.

Primo, ordinamus praecipimus et mandamus in virtute sanctae obedientiae sub excommunicationis pena, cum alia arbitraria ad arbitrium nostrum secundum exigentiam casuum emergentium imponenda ut universi et singuli rectores nostrae diocesis Condom. in eorum

Page 63 / chapitre IV d'Albret

propriis parochialibus ecclesiis personaliter resideant nisi cum eis ex causa fuerit dispensatum.

2. Item sub penis praedictis rectoribus nostrae jamd. diocesis condomensis praecipimus et mandamus ne ab eorum parochialibus ecclesiis ultra mensem se abseneant sine litteris de non residendo inscriptis relatis a nobis obtinendis et ut animarum cura quae ars artium dicitur esse diligentius exerceatur et deserviat laudabiliter in divinis praecipitur dictis rectoribus ne eorum propriis ecclesiis dimissis alienas ecclesias regere et illis in divinis deservire habeant sub penis praedictis.

3. Item praecipimus et mandamus omnibus et singulis rectoribus nostrae diocesis ut eorum vicarios eligant¹⁶⁶ sufficiens et idoneos laudabiles vitae et conversationis honestae ut Deo Sacrificium laudis in paritate conscientiae et cum devotione offerant, qui quidem vicarii in parochia et commissa si commode fieri potest personaliter residentiam faciant aut in alieno loco et propinquo praeter scandala quae contingere possent a nobisque litteras de regendo infra mensem obtineant, praefatique vicarii per nos aut alium a nobis commissum examini subjiciantur.

4. Item et cum in nostra diocesi condomensis praedicta sit grandis abusus prout auribus nostris innotuit, quod non sine cordis nostri amaritudine referimus quod rectores de salute animarum eis creditarum parum curentes in eorum et suarum animarum perniciam et non modicum detrimentum aliquos sibi coadjutores penitus ignorantes et formam absolutionis nescientes assumere non verentur, per talesque coadjutores in eorum parochiis sacramenta ecclesiastica et potissime poenitentiae administrantur. Nos igitur episcopus memoratus huic ab usui paterno affectu providere volentes, tenore praesentium constitutionis universis et singulis rectoribus nostrae jamd. diocesis condomensis sub excommunicationis et alia arbitraria penis praecipimus et mandamus ne aliquem coadjutorem ad servandum in divinis in eorum parochiis secum assumant nisi talis coadjutor per nos aut alium a nobis commissum sit examinatus et licentiam regendi cum rectore a nobis inscriptis obtinuerit, cujus quidem licentiae litterae per secretarium nostrum sine aliquo custode liberabuntur¹⁶⁷.

5. Item sub penis praedictis praecipimus et mandamus universis et singulis rectoribus ac eorum vicariis nostrae praedictae diocesis condomensis ut ipsi in proximo quolibet anno casus episcopales et sanctum Chrisma veniant quaesitum et non id per laicos faciant, cum talia per manus laicorum contractari non deberent.

6. Item, sub pena excommunicationis universis et singulis rectoribus nostrae diocesis condomensis praecipimus et mandamus ut ipsi in sinodo personaliter compareant cum indumentis honestis et superpelliceo ibidem audituri quicquid de divinis mysteriis de correctione morum in clero necessitudinibus ecclesiarum tractabitur ut quicquid de emendanda vel revocanda fuerint Domino largiente ad optimum perveniant statum ad laudem nominis Xpi Domini nostri duranteque praedicto sinodo honeste se [habe--]¹⁶⁸ in domibus et extra ita quod honesta conversatio ceteris sit merito in exemplum est.

7. Item, prohibemus et deffendimus sub pena praedicta omnibus et singulis rectoribus aut eorum vicariis nostrae diocesis condomensis ne parochianos alterius parochiae ad sacramenta ecclesiastica et divina officia audienda et ministranda admittant nisi prius licentiam a proprio rectore seu vicario petita et obtenta juraque eorum parochialia saltem Dominus domus singulis diebus dominicis legitimo impedimento cessante missam parochialem ac mandata per rectorem seu vicarium edenda et ferenda integre

Page 64 / chapitre IV d'Albret

audiant, nullusque presbyter dictis dominicis aliis festis praecipuis missam celebrare audeat donec finita missa parochiali, aut saltem mandatis generabilibus per dictum rectorem aut ejus vicarium faciendis sub penis praedictis

8. Item prohibemus omnibus et singulis rectoribus aut eorum vicariis sub poena excommunicationis et alia ad arbitrium nostrum imponenda nec excommunicatos interdictos aut suspensos seu alio casu jure vetito absolvant nisi primitus recepto ab eisdem juramento quod stabunt mandatis sanctae matris

¹⁶⁶ *en marge gauche* : curés choisissent leurs vicaires.

¹⁶⁷ *en marge gauche* : voir dans le P. Lelong, si ces institutions synodales sont connues.

¹⁶⁸ *mot de fin de ligne tronqué.*

Ecclesiae nec se descendentes tributum ut prelaturae reddentes sine nostra aut vicarii vel officiali nostri speciali licentia et satisfactione vel pignoribus sufficientibus prius de satisfaciendo eorum creditoribus datis et hoc et pro re iudicata taxata contestata, vel alia manifesta offensa excommunicati fuerint. Si vero pro contumacia tantum datis cautionibus sufficientibus de stando et parando juri ecclesisticae sepulturae tradant seu in eorum cimeterio sepeliant, seu sepelire faciant nisi casu fortuito decedant et in eis sic decedentibus signa contritionis apparuerint et corpus Domini nostri Jesu Christi ut veri orthodoxi illo anno receperint, quae omnia praedicta per ydoneos testes aut alias legitimas probationes probari possunt quibus sic probatis dictis rectoribus aut eorum vicariis eos sepeliendi in eorum cimeteris per praesentes facultatem et licentiam impartimur.

9. Item, prohibemus sub jamdictis penis omnibus et singulis rectoribus eorum vicariis aliisque in sacris ordin. constitutis per diocesim et civitatem nostras constitutis ne infantes sine nostra aut vicarii nostri licentia petita et obtenta de sacro fonte levent, ac compadres spirituales prout in confirmatione fiant.

10. Item, prohibemus et deffendimus sub penis praedictis omnibus et singulis rectoribus vicariis necnon in sacris ordin. constitutis ne publice vel occulte ad abbas taxillos, cartullas aut alio ludo ad argentum ludant¹⁶⁹ nisi ad unum dumtaxat causa recreationis et in loco secreto cum personis honestis.

11. Item, deffendimus et prohibemus sub praedictis penis omnibus et singulis clericis nostrae praedict. diocesis condomensis ne ipsi spectaculis ludis theatralibus choreis publicis intersint, nisi in casu licito et a jure concesso nec tabernas et alia loca scandalosa absque necessitate frequentent.

12. Item et cum a clericali honestate plurimum dissonet ut clerici secularibus negotiis se implicant, prohibemus et deffendimus omnibus et singulis rectoribus et aliis in sacris constitutis ordinibus, ne officium mercatorum publice ac personaliter exercere praesumant arma invasiva a jure que vetita habitus diversos tripartitos ex diversis coloribus factos aut pileos seu birretos rubeos et alterius coloris a jure non permitti minime portent¹⁷⁰ et deferant comamque seu barbam non nutriant seu laxent nisi ex causa a jure permissa illuc (illud) faciant, sed honeste juste caste et pie in hoc seculo inter laicos vivant, et conversentur ut tam verbo opere quam exemplo dictos laicos eorum subditos instruant, edificent ac informant, nam cujus vita despicitur retat ut ejus sermo comtemptatur et quod a viris ecclesiasticis agitur, faciliter a laicis trahitur in exemplum et quam maxime malum.

12. Item, prohibemus et deffendimus sub jamdictis penis omnibus et singulis subditis nostris et praecipue sacerdotibus, ne coram saecularibus et incompetentibus iudicibus in quavis causa sine nostra speciali licentia comparere, jurare aut respondere habeant seu quavis modo coram praelibatis iudicibus saecularibus et incompetentibus, nisi eorum forum declinando, agere, convenire

Page 65 / chapitre IV d'Albret

convenireque facere audeant seu facere faciant, exceptis casibus a jure permissis, litterasque jurisdictionem nostram ecclesiasticam impediennes directe seu indirecte impetrare non praesumant, et eos contrarium facientes litteras praedictas impetrando, tales impetrantes excommunicationis sententiae ipso facto subjacere, et illam incurrere declaramus et intendimus.

13. Item, prohibemus sub praedictis penis dictis rectoribus aut eorum vicariis ac aliis beneficiatis nostrae diocesis condomensis ne excommunicatos suspensos aut interdictos et in eorum registris registratos ad sacramenta ecclesiae recipienda et divina officia audienda admittant, quin ymmo illos sic excommunicatos qualibet die dominica denuncient et evitare praecipuant, nisi de eorum absolutionibus in forma debita et sigillo nostro sigillatas per litteras fidem eisdem faciant.

14. Item precipimus et mandamus sub praetractis penis omnibus et singulis rectoribus aut eorum vicariis nostrae praefatae diocesis quatenus omnes et singulos jurisdictionem nostram ecclesiasticam, directe vel indirecte, perturbantes ipsum, ipsamque enervare nitentes statutaque aliqua secularia conspirationes aut conjurationes contra personas ecclesiasticas seu adversus diminutionem nostrae jurisdictionis ecclesiasticae facientes aut litteras nostri officialatus ne executioni demendentur et eorum sortiantur effectum impediennes seu illas cancellantes seu cancellari facientes, violentesque ab illarum exequutoribus amoventes tam diebus dominicis quam festivis pulsatis campanis et candelis extinctis ipsos tam de jure quam secundum nostras consuetudines sinodales ipso facto excommunicatos denuntient seu denunciari faciant quam constitutionem nostram sinodalem cum altera de blasphematione insimul dicti rectores aut eorum vicarii in foribus dictarum ecclesiarum

¹⁶⁹ *en marge gauche* : jeux deffendus aux ecclesiastiques.

¹⁷⁰ *en marge gauche* : armes, habits tripartits, chapeaux rouges, longs cheveux, longue barbe prohibés.

parrochialium ut cunctis subditis nostris nota sit, signatam et sigillatam sub praedictis penis ponantet assigni faciant.

15. Item praecipimus et mandamus omnibus et singulis rectoribus aut eorum vicariis ut omnes et singulos subditos nostros immunitatem seu libertatem nostram ecclesiasticam violentes seu diminuentes et injuriose aut malitiose manus violentas in clericos ponentes incarcerantes et contra eorum voluntatem detinentes nisi ad fines remittendi in casibus a jure permissis illud faciant aut extra luce sacra immunitate gaudentia violenter quem piam extrahenta facta poenis per nos aut officialem nostrum declaratione ipsos tanquam excommunicatos ipso facto denuncient seu denunciari faciant donec et quousque dictam immunitatem reintegraverint de praemissis condignam satisfactionem fecerint et beneficium absolutionis a nobis aut officiali nostro obtinere meruerint.

16. Item, et cum utriusque testamenti pagina assertionem omnium justae acquisite decimae et primiciae debeant exolveri, tenore praesentis constitutionis synodalis, omnibus et singulis rectoribus aut eorum vicariis nostrae praefatae diocesis condomensis praecipimus et mandamus quatenus qualibet die dominica et festiva dum divina celebrantur et mandata edentur et fient, universos et singulos subditos nostros decimas et primicias non solventes seu illas nobis sine justo titulo occupantes seu usurpantes aut praeter et contra voluntatem nostram aut illius ad quem pertinent detinentes necnon illas arrendatoribus occupantes, et tam ipsos

Page 66 / chapitre IV d'Albret

Occupantes quam eorum familiares servitores et eorum lavatores fore ac esse eo facto excommunicatos denuncient seu denunciari faciant, quos nos tenore praesentium ipso facto declaramus excommunicatos donec nobis aut illi ad quam pertinerint, relinquerint seu restituerint et condignam satisfactionem de praemissis et receptis fecerint.

17. Item, praecipimus et mandamus sub jamdictis penis dictis rectoribus aut eorum vicariis quatenus qualibet die dominica executoribus testamentorum et legatorum piorum denunciant seu denunciari faciant, ut legata pia in testamentis defunctorum relicta infra annum compleant seu compleri faciant, ita quod voluntas defunctorum quo ad legata pia incompleta non remanant sed executioni demendentur, nomina quoque et cognomina decedentium et notariorum qui talia testamenta retinuerunt ac nomina et cognomina excommunicatorum praedicti rectores seu eorum vicarii in eorum registris describant seu describi faciant, ita quod quilibet in sua parrochiali ecclesia tam de dictorum decedentium quam excommunicatorum nominibus et cognominibus registra faciant et in una queque synodo sancta dicta nomina et cognomina tam defunctorum quam excommunicatorum in scriptis et rotulis nobis aut procuratori nostri portent seu portari faciant ut sciatur [---]¹⁷¹ dicti excommunicati sacramenta ecclesiastica ut veri orthodoxi exceperunt, et si per annum in excommunicatione extiterint et si legata pia in dictis testamentis relicta soluta extiterint.

18. Item, prohibemus et deffendimus, praecipimus et mandamus omnibus et singulis subditis nostris tam ecclesiasticis quam mundanis personis et signanter laicis et saecularibus et clericis ad regendum et gubernandum bassmos (*ou vassmos, ou vassinos*)¹⁷² ecclesiarum nostrae dictae diocesis condomensis deputatis necnon quibuscumque ad elemosinas et pecunias cum ipsis diebus dominicis et festivis et aliis tam pro reparatione ecclesiarum quam subventionem animarum Christi fidelium defunctorum in purgatorio existentium aut alias amore Dei querendum et petendum ordinatis ne dicti operari seu luminari ac custodes dictorum bassmorum dictas elemosinas et pecunias eo et ejus amore dedicatas et concessas ad humanos usus transferant sibi ipsis appropriando aut aliis mutando, se ad usum destinatum quamtocius poterint convertant, et hoc sub poena excommunicationis eo facto per eos incurrenda et alia arbitraria per nos et arbitrio nostro infligenda, quaequidem pecuniae et elemosinae vassmi purgatori ordine sequenti distribuentur, per luminarios seu custodes vasmorum, videlicet quod rectores primam missam habebant, eorum vicarii secundam, alias primam si dicti rectores non sint praesentes in eorum ecclesiis parrochialibus residentes, alii autem presbyteri de parrochia oriundi non vagabundi, vel si moram in ea traxerint, decennio, et domum cum ortho vel aliis possessionibus habuerint, per ordinem secundum eorum qualitates et servicia ac prout facultas dictarum elemosinarum se extendere poterit, et sic per hunc modum et ordinem qualibet septima dictam distributionem fieri ordinamus.

¹⁷¹ *mot de début de ligne non compris, tronqué ?*

¹⁷² *en marge gauche : « vassmum » ou « vassinum », gloss.*

19. Item, praecipimus et mandamus sub penis praedictis omnibus et singulis subditis nostris et signanter laicis ut ipsi in eorum propriis parrochialibus ecclesiis nostrae jamd. diocesis condomensis anno quolibet, luminarios¹⁷³ seu operarios et gubernatores

Page 67 / chapitre IV d'Albret

bassinorum praedictarum ecclesiarum instituunt et ordinent vocatis vocandis videlicet rectoribus dictarum ecclesiarum si presentes fuerint, sin autem eorum vicarios, quiquidem rectores aut eorum vicarii in abstentia dictorum rectorum ... in redditione compotorum dictorum operariorum et in creatione novorum vocabantur aliter contrarium facientes tanquam excommunicatos per dictos rectores aut eorum vicarios tam diebus dominicis quam festivis denuntientur.

20. Item, prohibemus et deffendimus omnibus et singulis subditis nostris praecipue vero ecclesiasticis ne in matrimoniis clandestinis¹⁷⁴ videlicet per verba de praesenti contractis intersint sub pena excommunicationis quam ipso facto tam contrahentes quam praesentes incurrere decernimus nec ad banna procedant donec a nobis beneficium absolutionis meruerint obtinere, qua absolutione consecuta ad ulteriora non procedant quousque banna in facie sanctae matris ecclesiae publicata extiterint nisi aliter super praedictis bannis per nos aut vicarium nostrum ex causa fuerit dispensatum, alias si secus factum extiterit in pristinam excommunicationis sententiam ipso facto insidant, et eam incurrant.

21. Item, praeter abusus assiduos et molestaciones quothidianas quae in subditos nostros exercentur, tam per nostras litteras alterius diocesis quam apostolicas, praecipimus et auctoritate nostra prohibemus sub pena excommunicationis et alia arbitrio nostro imponenda omnibus et singulis subditis nostris et praecipue rectoribus eorumque vicariis ac curiae nostri officialis juratis, ne praedictas nostras litteras et quam maxime excommunicatorias si mensem, aut alterius diocesis sine annexa vel citationis vel munitiois litteras, si annum transierint, nec etiam apostolicas ... virtute privilegiorum [---ssas]¹⁷⁵ vel alias, nisi per nos aut officialem nostrum Condom. praetractae litterae visae et palptatae fuerint in pede quarum litterarum apostolicarum describatur visa per nos officialem officialis tempore executioni demandent seu comdemendari faciant, aut in regestent, seu registrari faciant, aut valvis ecclesiarum nostrae jamd. diocesis affigant, seu id fieri faciant aut permittant, contrarium vero facientes, scientes et consentientes penam excommunicationis praedict. ipso facto incurrant.

22. Item, statuimus et ordinamus, et sub praedictis penis, praecipimus et ordinamus universis et singulis rectoribus et eorum vicariis nostrae praedictae diocesis condomensis ut quilibet in ejus parrochia tam diebus dominicis quam festivis dum divina celebrabuntur officia omnes et singulos usurarios concuvinarios, hereticos sortilegos divinatores inquantatores et blasphematores quoscumque notorios manifestos, et et qu. maxime Deum, ac corpus ventrem plagas et sanguinem domini nostri Jesu Christi ejusque matrem virginem Mariam aliosque sanctos et sanctus Dei jurantes blasphemantes et abnegantes fore ab esse (et esse) ipso facto excommunicatos denuncient. Ita quod si per duos testes ydoneos et fide dignos ipsos sic jurasse, blasphemasse aut abnegasse eisdem rectoribus aut eorum vicariis legitimus constiterit, jamdictos juratores, blasphematores et abnegatores sic ipso facto excommunicatos a divinis in eorum ecclesiis parrochialibus tanquam excommunicatos nulla alia declaratione praecedente evitent seu evitari faciant et habeant, donec a nobis aut officiali nostro absolutionem in talibus dari solitam et consuetam obtineruit et condignam poenitentiam de praemissis fecerint.

23 Item, usum et consuetudinem laudabilem priscis temporibus tam in diocesi agennensi quam nostra condomiensi hactenus per praedecessores

Page 68 / chapitre IV d'Albret

nostros inconcusse observatam in sequendo rectoribus omnibus et singulis beneficiatis et aliis personis ecclesiasticis subditis nostris ab intestato decedentibus vel ex testamento, si dicti rectores nichil nobis in eorum testamentis reliquerint, tam in bonis mobilibus quam immobilibus ipsorum unde cum que est quocumque infra nostram jamdictam diocesim condomensis, acquisitis ac tempora mortis existentibus et possessis exceptis bonis ex successione parentum pervenientibus nos succedere debere declaramus.

24. Item, relatione non nullorum quibus fidem adhibemus nuper percepimus quod nonnulli in nostra diocesi condomens., non absque earum animarum gravem jacturam beneficia in nostra diocesi

¹⁷³ *en marge gauche* : luminarii, quid. gloss.

¹⁷⁴ *en marge gauche* : mariages clandestins non tolérés.

¹⁷⁵ *mot en début de ligne non déchiffré.*

condomens. absque justo titulo possidere non verentur, nos tanto abusui sollicita considerationem providere volentes, tenore praesentis constitutionis universis et singulis rectoribus et aliis beneficalia ecclesiastica possidentibus et obtinentibus in nostra diocesi condomens., praecipimus et mandamus, et hoc sub pena excommunicationis latae sententiae et privationis beneficiorum ut ipsi infra quatuor menses post hanc nostrae synodi celebrationem, titulos, collationes foundationesque et patronatus dispensationesque si aliquas habeant ad obtinendum duo beneficia incompatibilia quas quidem collationes et titulos in registris et archivis nostrae domus episcopalis inferi et duplicari ad tollendum deinceps omne dubietalii scrupulum, intendimus nobis portare habeant cum inthimatione et absque aliqua alia vocatione facienda, ita quod si, infra terminum per nos praefixum, praedictos titulos et collationes cum dispensationibus praedictis ad nos non detulerint et de dictis fidem non fecerint, ad privationem eorundem beneficiorum prout justitia suadebit per nos procedentur.

25. Item et aliis abusus in nostra diocesi condomens. quem de medio tollendo gratum credimus altissimo impendere famulatum quod in vigilia non nullorum sanctorum in ecclesiis pernoctatur ibidem chorisando¹⁷⁶, cantilenas inhonestas cantando in divini nominis offensam, et cum ad ecclesiam quam locus orationis per salvatorem nuncupatur, humilis et devotus debeat esse assessus et ingressus, ne ubi peccatorum est postulanda venia, ibi peccandi detur occasio idcirco tenore presentium constitutionis synodalis inhibemus et deffendimus tales insolentias, pernoctationes et vigiliis in ecclesiis nostrae diocesis a modo et deinceps fieri sub pena excommunicationis, et quia parum est statuta condere nisi sit qui ea teneatur, et executioni demandet pro tanto rectoribus eorum vicariis nostrae sepedictae diocesis condomensis. per praesentes praecipimus et mandamus sub pena unius librae turon. reparationi ecclesiae parochialis in qua contrarium fieri contigerit, applicandae ut tribus diebus dominicis immediate praesentem sinodum sequentem dum publica mandata aduntur, praemissa populo denuntient et inthiment, et die dominica tale festum praecedente in quo abusus qui supra committi solent, addant rectorem et eorum vicarii praemissa comminationi sub poena excommunicationis quam ferimus, faciendo, claudendo nichilominus praecedenti die portas ecclesiarum.

26. Item praecipimus et mandamus sub jamdicta excommunicationis pena et alia arbitro nostro imponenda omnibus et singulis rectoribus eorumque vicariis nostrae dictae diocesis condomensis

Page 69 / chapitre IV d'Albret

ut ipsi et quilibet eorundem infra tres menses a data praesentium computando, praesentes nostras constitutiones synodales quas tempore intermedio imprimi facere Deo auxiliante speramus penes se habeant, et a manibus nostris secretarii episcopalis manu signatas recuperent, et illas pluries populo eorum actae commisso publicent, denuncient et perlegant, ut sciant quod agendum vitandumque extiterit.

Lectae et publicatae fuerunt praesentes constitutiones synodales in plena synodo ecclesiae condomensis, et in ecclesia cathedrali praedicta, die martis penultima mensis maii, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, et per reverendum in Xpo patrem et dominum dominum Herardum de Grosolis miseratione divina episcopum condomensem celebrata omnibus in ea comparere debentibus, assistentibus, praesentibus in praemissis discretis viris magistro Johanne Ducis canonico et sacrista ecclesiae collegiatae Sancti Vicentii mansi agennensi, dominis Hugone de Losa presbytero de Montegaudio et Petro de Sera presbytero de Caumonte diocesis condomensis, Philippo Olivier dicti domini secretario. *Signé* Petrus Oliverii, pro rectore de Neyraco, de mandato domini, Petro Oliverii notario.

Praesens copia fuit extracta a suo originali et collationata Neyraci, die penultima mensis junii, anno Domino millesimo quingentesimo vicesimo sexto, per me Fauchery, notarium.

Ex authentico, cotté J VII, en papier.

Guerre d'Amanieu d'Albret avec dame Jeanne de Périgord, et son mari Saussanier de Pins (1340)

In dossier E 618 aux AD 64.

¹⁷⁶ *en marge gauche* : danses nocturnes dans les eglises prohibées.

¹⁷⁷Noverint ... quod cum bonae memoriae dominus Amanevus dominus de Lebreto et de Neriaco condam pro salute animae suae ordinasset in suo ultimo testamento dari et solvi pro quolibet homine, per guerras suas seu suos valitores temporis guerrae quam habebant cum nobili et potenti domina Johanna de Petragoris domina de Laverdaco et domino de Saussanerio de Pinibus ejus viro et cum aliis adherentibus, interfecto in locis de Feugarollis et de Caudoroa, filiabus vel nepotibus vel proximioribus mulieribus eorundem interfectorum pro eis maritandis XXV. libr. burdigal., vel si salute animae ipsius sui executores magis proficere previderant, quod pro quolibet interfecto mitteretur unus serviens ultramare advindicandum mortem Xpi prout in dicto ejus testamento dictum fuit contineri nobilisque et potens vir dominus Bernardus Ezii miles dominus de Lebreto filius et universatis heres executorque ultimi testamenti praedicti domini Amanevi, cum alii executores per mortem de medio essent sublatis cum religiosorum sano consilio elegerit dictas XXV libras proximioribus exolvi interfectorum praedictorum, necnon et dicta domina praedicti ac heredes et proximiores eorundem interfectorum partem praedictam duxerunt eligendam. Hinc et quod ... Petrus etc. (*et 17 autres*) recognoverunt ... ut heredes et proximiores dictorum interfectorum et occasione mortis et dampni sibi et praedictis proximioribus dati ipsi habuerunt et receperunt de hereditate dicti domini Amanevi condam, et per manus dictae dominae Johanna cui nomine ipsorum saluto fuerunt per dictum dominum Bernardum Ezii, ut filium et heredem et executor dicti domini Amanevi quantitas pecuniae antedicta integraliter XXV libr. burdigal. pro quolibet ipsorum interfectorum pro maritandis proximiores mulieres de genere praedictorum interfectorum vel etiam dandis pauperibus et inhabilibus et egenis personis pro animabus dictorum interfectorum, renuntiantes praedicti heredes ... etc., et de praedictis XXV libris burdigal. et de omnibus dampnis sibi datis vel dictis interfectis ... [in qu----]¹⁷⁸ poterant de jure et de facto absolverunt, et quittaverunt penitus et ex toto animas dictorum dominorum Amanevi et Bernardum (*sic*) Ezii et eorum valitorum, et omnia bona eorundem presentia et futura et omnem injuriam et rancorem et omne dampnum et expensas quas fecerant ... occasione retardatae solutionis vel occasione guerrae praedictae ... remiserunt eisdem etc. Factum fuit hoc apud Laverdacum in aula dictae dominae Johanna, die sabbati ante festum nativitatis Domini, anno Domini millesimo CCC^o quadragesimo, regnante domino Eddwardo rege Angliae, duce Aquitaniae, P. condomens. episcopo. *En parchemin (presque pourri), avec sigle.*

Page 70 / chapitre IV d'Albret

Traité d'alliance entre Magdeleine de Foix, Charles d'Armagnac, Alain d'Albret, Odet d'Aydie, comte de Comminges, seigneur de Lescun et Jean de Foix, contre le sire de Beaujeu et Madame Anne de France, sa femme, sœur de Charles VIII (1484).

In dossier E 86 aux AD 64.

¹⁷⁹Magdalene, fille, sœur et tante de roys de France, princesse de Vienne, tant en nostre nom comme ayant le bail et gouvernement et administration de nostre très chere et très amée filhe la reyne de Navarre, contesse de Foix et dame de Bearn, Charles comte d'Amagnac et de Rodès, Alain sgr d'Albret comte de Dreux et de Gaure, Odet d'Aydie comte de Cominge et sgr de Lescun, Jehan de Foix vicomte de Lautrec sgr de Villemur et de Barbasan, à tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Savoir faisons que nous, considerans le bas eaige et mynorité en quoy le roy nostre souverain seigneur et à present constitué et posé, par quoy les anciens ennemis et autres pourroient entreprendre sur sa personne, son royaume et subgets, pour obvier auxquelles entreprises, tous les parens, amys, serviteurs, subgets et bienveillans dudit sgr se doivent esvertuer à y resister de tout leur pouvoir, et en oultre, ayant consideration à la proximité de lignaige qui est entre nous, et l'alliance, amour et amytié qui toujours par ci-devant et de toute ancienneté a esté entre nous et nos predecesseurs sgrs de nos terres et seigneuries voulans icelles garder et entretenir, avons fait ensemble et faisons aujourd'huy date de ces presentes, a toujours maiz le cors de nos vies durans et de chacun de nous, alliance, amytié

¹⁷⁷ *en marge gauche* : cotté R 9 / guerre d'Amanieu d'Albret avec Jeanne de Perigord, et son mary Saussanerius de Pinibus / fondation pour marier des filles.

¹⁷⁸ *non déchiffré.*

¹⁷⁹ *en marge gauche* : cotté Y 9 / traité d'alliance entre Maddelaine de Foix, Charles d'Amagnac, Alain d'Albret, Odet d'Aydie comte de Cominge sgr de Lescun, et Jean de Foix, 1484 / contre le sire de Beaujeu et madame Anne de France sa femme, sœur de Charles VIII qui etc..

en confederation pour nous et nos adherans, et pour nos hommes et subgets et toutes et chascunes nos terres et seigneuries, et avons promis et juré par foy et serement par nous solemnement fait et sur nostre honneur que si aucun ou aucuns voullioient entreprendre aucune chose sur la personne du roy nostre dit sgr, son royaume et subgets ou sur nous ou l'un de nous, nos biens estats et honneurs, et de nos adherens terres, pays, seigneuries et subgetz, de y obvier de tous nos pouvoirs et puissances, et servir le roy nostre dit sgr de corps et de biens envers et contre tous qui pourroient vivre et mourir, et nous secourir et aider l'un l'autre et endommager les ennemys du roy nostre sire, et de nous et de chacun de nous, le plus que nous pourrons, et pour ce faire exposer nos propres corps si besoing, nos dits pays, terres, seigneuries et subgets et biens quelonques, sans rien y espargner, et avecques ce, a esté accordé et appointé entre nous que si par aventure soubs colleur de la dite minorité et bas eage du roy nostre dit seigneur, aucuns de leur auctorité et sans deliberation de son conseil tel que par les trois etats de son dit royaume dernièrement assemblés en la ville de Tours, a esté advisé et requis et par le roy nostre dit seigneur, les princes et seigneurs du sang et autres de son conseil accordé et octroyé vouloient donner mandemens et commissions, et par vertu d'icelles faire exploits à leur plaisir et vollenté à l'encontre de nous nosdits biens, estats et honneurs, ou de l'un de nous aliez adherens et subgetz que à tels mandemens et commissions ne sera par nous obey ains y resisterons de tous nos pouvoirs et puissances, mais seulement obeirons aux mandemens, lettres et commissions actroyées par le roy nostre dit seigneur en son dit conseil, tel que par les dits trois etats comme dit est, a esté requis et par le dit sgr accordé et octroyé, et aussi aux mandemens de sa justice, comme il est de faire, pour l'entretenement et approbation de toutes et chacunes lesquelles choses, et après icelles avoir jurées solemnement, comme dit est, estre par nous de point en point gardées, entretenues, observées et accomplies inviolablement. Nous et chascun de nous avons signé ces presentes de sa

Page 71 / chapitre IV d'Albret

et fait sceller de son scel le dixième jour de juing, l'an mil quatre cens quatre vingts quatre. *Et sont signés de leurs propres mains* : Malbène (*Madeleine*), Charles, Alain, Odet d'Aydie, Jehan de Foix (*les 5 signatures sont originales*). *Et pend au bas de l'acte qui est en parchemin 5 lemnisques, dont tous les sceaux sont rompus, à l'exception du premier, en cire rouge, quoique bien effacé, il semble qu'il est [---] part [---] au 2^e d'Arragon, au 1^{er} de Navarre, au second de [-----]¹⁸⁰, au 2^e parti d'Arragon.*

Guillaume-Séguin d'Escossan, Gaillard de Pomarède, Ruphat de Carignan, Guillaume-Séguin de Florac, Pierre Du Puy, damoiseau, Bertrand de Molère, Jean Du Moulin, Sans de Calhar et autre dit Sent-Pert ainsi que Sauchet le Sergent, en appellent au sénéchal de Périgord et nomment leurs procureurs pour les défendre (1332)

In dossier E 184 aux AD 64 (à vérifier)¹⁸¹

¹⁸²Noverint ... quod anno Domini M^o CCC^o XXXII^o (1332), die XXI mensis septembris regnante serenissimo principio domino nostro domino Philippo Dei gratia Franc. rege ... personaliter contituti Guillelmus Seguini d'Escossano, Gualhardus de Pomareda, Ruffacus de Carvihario, Guillelmus Seguini de Flayraco, Petrus de Podio domicell., Bertrandus de Moleria, [Burd---us]¹⁸³ de Logoyrano, Johannes de Molendino Sancius de Calhar et alias vocatus Sent Pert, Sauchet lo Servent, unanimiter et concorditer fecerunt, constituerunt, et etiam ordinauerunt suos veros ... procuratores generales et speciales venerabiles et discretos viros Petrum Bruneti canonicum Sancti Frontonis de Petragoris, Petrum Laporta juniorem, Petrum Adhemarum licenciatum in legibus et magistros Petrum Laporta seniore, Guillelmum Hugonis et Raumundum Escarlata clericum ... et eorum quemlibet in solidum etc., in omnibus et singulis causis et negotiis motis et movendis ... contra quascumque personas ... et specialiter ad dicendum, proponendum et allegandum quod dicti constituentes stant in arresto seu

¹⁸⁰ passage peu lisible, non déchiffré.

¹⁸¹ cette pièce concerne sans nul doute le meurtre de Guilhem-Arnaud d'Auros par les personnes citées ci-dessus (note Cl. R.).

¹⁸² en marge gauche : cotté K 10 / appel de sgr du Bordelois au seneschal de Perigord (comme le plus voisin sans doute) / on pouvoit se soumettre à telle cohercion que l'on vouloit choisir etc. ainsi ces appels au seneschal de Perigord n'étoient selon la voye ordinaire et les ... des tribunaux etc. (Leydet, hinc etc.)

¹⁸³ prénom non déchiffré.

prisonne domini senescalli Vasconiae coram domino nostro rege Franciae et ejus curia reverenda et coram nobili viro domino senescallo petragoricensi et caturcensi vel ejus locum tenenti aut ejus vicem gerenti et ejus curia et eorum quibuscumque aliis iudicibus ecclesiasticis vel mundanis ordinariis, extraordinariis, delegatis vel subdelegatis, auditoribus, inquisitoribus, praepositis, baillivis commiss. datis vel dandis concessis vel concedendis ab eodem domino nostro Franciae regi seu ejus curia seu a dicto domino senescallo petragoric., vel ejus locum tenent., aut ejus curia, et coram quibuscumque aliis iudicibus etc. Acta fuerunt haec in carreyria de Aereis in domo in qua dominus de Logoyrano tunc morabatur. *Avec sigle, en parchemin.*

Appel de Bernard d'Escossan seigneur de Langoiran, au roi de France (1327 v. st.)

In dossier E 184 aux AD 64 (à vérifier).

¹⁸⁴Noverint ... quod anno Domini M^o CCC^o vicesimo septimo, septima die decimal mensis febr., regnant domino Philippo rege Franciae, Edwardo rege Angliae duc. Aquitaniae et Arnaldo Burdigal. archiepiscopo, coram nobili et potenti viro domino Johanne de Lauferda milite ducatus Aquitaniae senescallo pro dicto domino nostro rege et duce personaliter constitutus nobilis vir Bernardus d'Escossano dominus de Logoyrano in praesentia mei etc., ... non vi, dolo, metu minus etc. inductus ... renuntiavit expresse appellationi et exemptioni hactenus per ipsum emissae a juris denegatione ad audienciam dicti domini Franciae regis ab audentia Vasconiae senescalli, pro dicto domino nostro rege Angliae duce Aquitaniae propter quam fuerat et erat appellans ad curiam Franciae, et exemptus, ut dicit a cognitione seu jurisdictione ducis Aquitaniae seu sui Vasconiae senescalli, ... salvo et sibi retento ut dicit, omnibus iuribus, actionibus et utilibus sibi competentibus et quae habet contra dominum de Rionco., et quascumque alias personas cum quibus per eum in curia Franciae, vel ab ea deputatis commissariis litigatur et quae ad illec huiusmodi renunciatio abesse sibi non possit ... Acta fuerunt haec Burdigalae in castro regio in aula contigua turri novae ipsius castris.

Commission de Charles le Mauvais roi de Navarre, à Arnaud-Amanieu d'Albret, de faire la guerre à la France (1364 v. st.)

In dossier E 40 aux AD 64.

¹⁸⁵Charles par la grace de Dieu roy de Navarre, comte de Dreux ... salut. Savoir fasons que nous, confians à plein de nostre amé et feal cousin messire Arnaud-Amanieu sire d'Albret et vicomte de Tartas, icelluy avons fait ... nostre lieutenant-general et cappitaine pour

Page 72 / chapitre IV d'Albret

faire la guerre pour nous et en nostre nom en la Langue d'Oc, en Bourgoigne et partout ailleurs au royaume de France et appartenances d'icelluy et ez terres de tous et contre tous nos adversaires auquel nostre dit cousin sire de Labbrit nous avons donné et donnons plein pooir et autorité de donner lettres de advouement en nom de nous et bailler nos panonceaux à qui que bon luy semblera, garder, gouverner etc., pour nous toutes les terres et subjets qui sont en nostre obeysance ... de punir et corriger toutes manieres de malfaiteurs ... cappitaines, baillis etc. ... de faire remission ... de malefices, crimes soient de leze majesté ou autres, ... donner toutes manieres d'offices et benefices dont la collation nous appartient ou appartiendra, et de presenter à ceux dont nous avons aou aurons la presentation. Donné le dernier jour de fevrier l'an de grace mil CCC soixante et quatre. *Sur le reply : par le roy, scellé, en parchemin. Peu de mois après les troupes du roy de Navarre furent deffaites à Cocherel.*

Lettres par lesquelles le roi Louis XI donne à Alain sire d'Albret, comte de Périgord les terres et seigneuries de Ste Baseille, Gensac, Moncuq, Puynormand, Villefranche, etc., qui avoient été confisquées sur Charles d'Albret, décapité à Poitiers (1473).

¹⁸⁴ *en marge gauche* : sous meme cote K 10 / appel de Bernard d'Escossan au roy de France (1327) / en parchemin avec sigle.

¹⁸⁵ *en marge gauche* : sous meme cote H 11 / commission de Charles le Mauvais roy de Navarre à Arnaud Amanieu d'Albret de faire la guerre à la France.

In dossier E 75 aux AD 64.

¹⁸⁶Loys par la grace de Dieu roy de France ... comme puis aucun temps en ça nou eussions esté deurement informés que feu Charles de Lebret dit le Capdet estoit adherent, alié et complice de feu Jean d'Armagnac en son vivant rebelle et desobeissant, subget et crimineulx de crime de leze majesté ainsi qu'il a esté déclaré par arrest de nostre court de parlement et que lui estant en la ville de Lestore en la compagnie de nostre chier et amé cousin le sire de Beaujeu nostre lieutenant en la duchié de Guienne, et de plusieurs autres de nostre conseil, feignant qu'il nous fust bon et loyal, consentit et conseilla mauvairement audit Jehan d'Armagnac de prendre la dite ville et chastel de Lestore, et par ses subtils moyens le dit J. d'Armagnac et grand nombre de gens en habillement de guerre y entrèrent et prindrent d'amb. et de nuit la dite ville et castel et nostre dit cousin et lieutenant le sire de Beaujeu, et ensemble plusieurs autres notables hommes de nostre conseil et les ont detenus longtemps prisonniers en la dite ville pour lesquels avoir et recouvrer et remettre la dite ville en nostre obeissance, nous a convenu faire assembler en armes grand nombre de gens tant de nostre ordonnance nobles francs archers que d'autres, lesquels ont tenu le siege par aucun temps devant la dite ville et jusques à la prinse d'icelle, et il soist ainsi qu'après la dite prise et recouvrement de la dite ville et prisonniers dessus dits nous ayons pour savoir la verité des choses dessus dites fait mettre le dit feu Charles d'Alebret dit le Capdet et icelluy envoyé par devant nostre amé et feal chancelier et gens de nostre grand conseil pour ce assemblé en grand nombre en nostre ville de Poitiers, par arrest ... desquels le dit feu Charles d'Albret, comme chargé et coupable des choses dessus dites et autres, a esté déclaré crimineulx de crime de leze majesté et avoir confisqué corps et biens ... par le moyen de laquelle declaration et de l'execution corporelle qui a esté faite de la personne dudit Charles d'Albret, nous loise disposer à nostre plaisir et volonté de tous les biens ... meubles et immeubles demourés du decès d'icelluy feu Charles d'Albret dit le Capdet, par quoy nous reduisans à mémoire les grands services que ceulx de la maison d'Albret ont faits de longtemps et font chacun jour à nous et à la couronne de France ... et mesmement nostre chier et amé cousin Alain sgr d'Albret comte de Dreux, de Gaure et de Perigord vicomte de Lymoges et sgr d'Avesnes, bien plus acertens que luy ni autres de la dite maison d'Alebret ne sont en rien chargés ni coupables des choses desus dites, et qu'ils sont fort déplaisans de ces que le dit deffunt a ainsi commis, voulons toujours garder et entretenir icelle maison d'Alebret en son entier et y rejoindre les choses qui en sont parties ... pour ces causes ... et ainsi que

Page 73 / chapitre IV d'Albret

nostre dit cousin le sire d'Albret comte de Perigord, qui est chief des armes de la dite maison de Lebret ait toujours mieux de quoy nous servir au temps advenir, nous luy avons donné, cédé, transporté, de laissé par ces presentes, ... les places, bronies, terres et seigneuries de Ste Bazeille, Gensac, Moncucq, Langueron, Blasimont, Pellagrué, Vaires, Puynormand, Villefranque en Perigord¹⁸⁷, et tous et chacun les autres biens meubles et immeubles ... si donnons en mandement etc. Donné à Amboise au mois de juing l'an de grace mil CCCC soixante treize ... et de nostre regne le douzième. *Sur le reply* : par le Roy, Bourre, carta publicata et registrata ... Actum in Parlamento 14 august. 1473. Visa ... lecta et public. in camera compotorum parisiens. 18 august 1473. *En parchemin, d'où pend le grand sceau royal en cire verte à un cordon de fils de soye rouge et verte.*

Commission de Charles VII au sire d'Albret, de conduire son armée en Guyenne, pour en chasser les Anglais (1450 v. st.).

In dossier E 65 aux AD 64.

¹⁸⁸ Charles par la grace de Dieu à tous etc. Comme par grande et meure deliberation de plusieurs de nostre sang et lignage, et gens de nostre grand conseil, nous ayons conclud et deliberé mettre pene et toute diligence possible de reduire et remettre en nostre obeissance moyennant l'ayde de Dieu ce que

¹⁸⁶ *en marge gauche* : cotté Y 11 / ex authentic. in pergam. / Histoire de Charles d'Albret decapité à Poitiers et de Jean d'Armagnac, etc.

¹⁸⁷ *en marge gauche* : comment Puynormand et Villefranche de Perigord sont entrés dans les mains d'Alain d'Albret.

¹⁸⁸ *en marge gauche* : cotté D 12 / commission de Charles VII au sire d'Albret de conduire son armée en Guienne et d'en chasser les Anglois (1450).

encores detiennent et occupent les Angloys nos anciens ennemis en nostre pays et duchié de Guienne, et mettre et faire entrer en iceluy nostre armée de toutes parts, et à ce faire, nous aidier et servir de nos feaulx vassaulx et subgiets, par quoy nous soit besoing commettre et ordonner aucunes personnes puissans à nous seures et feables, pour entrer à puissance en nostre dit pays de Guienne, qui ayent charge de par nous, pour conduire nos gens et faire tous exploits de guerre au recouvrement de nostre dit pais de Guienne à la confusion de nos dits ennemis, et qui aient pover de entretenir nos dites gens de guerre en bonne ordonnance et les gardent de faire maulx et dommaiges à nos subjets. Savoir faisons que nous, ces choses considerées, desirons nostre dite conclusion estre mise à execution, et pour la grande confiance que nous avons de la personne de nostre chier et amé cousin le sgr de Lebret, et de ses gens, loyauté etc., à icelluy, pour ces causes ... avons donné ... par ces presentes plain pover, auctorité et mandement de entrer à puissance en nostre dit pays de Guienne et autres nos pays de par de là occupés par nos dits ennemis les Anglois comme il verra mieux estre à faire et resister aux entreprises de nos dits ennemis et adversaires les Anglois par toutes voyes et manieres à luy possibles de prendre et reduire à nostre obeissance toutes villes et autres places à nous rebelles et desobeissant, par puissances, sieges et compositions ... et pour ce faire mander et assembler à son aide et secours toutes manieres de gens de guerre et aussi nos officiers vassaulx, communes de villes et autres subjets qu'il verra estre expedient en necessaire, de recevoir en nostre bonne grace et bienveillance tous ceux qui se voudront remettre en nostre obeissance ... et generalement de faire et besoigner etc., Toutes voyes nous n'entendons pas que se nous y estions en personne ou aucun nostre lieutenant general, que nostre dit cousin doye user de ce present pover etc. en tesmoing de ce etc. Donné à Tours le dernier jour de mars l'an de grace mil CCCC cinquante, et de nostre regne le XXIX^e. *Sur le reply* : par le roy en son conseil de la loeve. *Scellé, en parchemin.*

Pareille commission avoit été donnée au sire d'Albret avant le 26 octobre 1439, puisque à cette datte Louis, dauphin, donna des ordres dattés d'Albt à tous seneschaux, capitaines, chatelains, consuls, gardes, jurés des bonnes villes de donner secours, favoriser, loger le sire d'Albret à qui le roy avoit donné certain nombre de gens d'armes pour garder le pays de Guienne et resister aux Anglois contre lesquels se faisoit tout presentement certaine armée pour resister à ces anciens ennemys descendus ez duché de Guienne, de Quercy, d'Agenois et autres lieux. Ordre de luy donner retrait en icelles villes, vivres et artillerie, et tout ce qu'il luy fera besoin ... en payant raisonnablement ... sous peine d'être traités comme rebelles etc. cote F 12.

Page 74 / chapitre IV d'Albret

Lettres par lesquelles le roi Charles V donne à Bérard d'Albret seigneur de Ste Baseille, Montségur, Sauveterre, St Foy et la prévôté d'Entre-deux-Mers (1370)

⁸¹⁸Philippus Dei gratia Francorum rex ad populorum regimen et tuthelam constitutae sunt in orbe terrarum ab eo per quem reges regnant et regum et principum potestates, in virga aequitatis et justitiae regant et in pace custodiant sibi subditas nationes. Cum itaque nobis ex parte dilectorum et fidelium nostrorum comitum, baronum et aliorum nobilium justitiam altam, seu merum imperium habentium, senescalliarum Tholosae, Bellicadri et Nemausi, Carcassonae et Biterris, Petragoricensis et Cathurcensis ac Ruthenensis et Bigorrae et ressortorum earum, prout se et suis subditis plures quaerimoniae nuper porrecto fuissent, inter alia continentes, quod ipsis districta seu diminuta fuerant in guerris nostris Vasconiae anni presentis stipendiaque in guerris Vasconiae percipere consueverunt praedecessorum nostrorum temporibus ab antiquo. Solebat enim quod quilibet habens equum precii XXV librarum turonensium, vel majoris precii, debebat habere per diem septem solidos et sex denarios turonenses. Et si essent minoris precii XXV librarum turonensium, debebat habere quinque solidos turonenses. Item quod quilibet serviens pedes debebat habere per diem XV denarios turonenses; gentesque nostrae recusaverunt solvere pro homine equite, si equus non esset coopertus, vel posset cooperiri ferro, ultra quinque solidos turonenses, et pro serviente pedite noluerunt solvere (3 mots effacés), quod in dictorum comitum, baronum et nobilium ac subditorum suorum, tam nobilium quam innobilium, grave prejudicium redundare dicebant, et plura gravamina sibi et suis subditis per senescallos, officiales (mot effacé) nostros illata fuisse dicebant, ante et post tempus quo regnantium dominus ad regni solium nos provexit, suas libertates, privilegia et consuetudines infringendo, suaque jura, praedicti conquerentes ex ordinatione et mandato nostris, duos ex se ipsis, (mot effacé)

⁸¹⁷ *en marge gauche* : accord entre le duc d'Anjou et Gaston Phebus pour la reddition du château de Lourde. Pour servir d'explication au recit de Froissard etc.

⁸¹⁸ *en marge gauche* : plaintes de la noblesse de Languedoc, Perigord, Rouergue etc., en 1338 (se trouve, je crois, dans le 2^e volume des ordonnances du Louvre) / cette piece se trouve tout au long dans le 3^e et 4^e vol. du president de Doat. (Voir aussi sur ce site :

http://www.guyenne.fr/Publications/Ordonnances/Ordonnances_des_rois_de_France_t2.htm - note Cl. R.)

senescallarum praedictarum ad nostram (7 à 8 mots *dechirés*) ac concordandi nobiscum super stipendiis, tam praeteritis quam futuris, pro se et subditis suis, et super aliis gravaminibus quae nobis ducerent exponenda,

Page 69 / Armoire de Bigorre, liasse acquisitions

quod nobis seriose omnia et singula de quibus conquerebantur, exponere curaverunt, supplicantes per nos provisionem nostram super hiis exhiberi. Auditis igitur praedictis dest... (5 ou 6 mots *effacés*) ipsis super stipendiis praedictis, suo et aliorum comitum, baronum et nobilium nomine composuimus et concordavimus super stipendiis et aliis pro se et suis subditis nobilibus et innobilibus persolvendis, prout sequitur :

In primis ordinatum et concordatum est, quod a modo in perpetuum in guerris nostris balistarii pedes pro stipendiis per diem in dictis senescalliis et in toto ducatu Aquitaniae et in partibus Arverniae, XV denarios. Item, serviens pedes sine ballista, in locis praedictis, XII denario. Item, scutifer eques habens equum pretii XXV librarum turonensium, vel majoris precii, per diem sex solidos et sex denarios turonenses. Item, concordatum est quod in dictis partibus ac ubique (2 mots *dechirés*) intra regnum Franciae, miles cum baneria capiet viginti solidos. Item, miles simplex decem solidos turonenses.

Item, scutifer habens equum precii quadraginta librarum, vel majoris precii fero, corio, cornu vel platis, capiet septem solidos t. et sex denarios turonenses. Item, nobilis homo pedes armatus tunica gambesata et basineto, capiet duos solidos turonenses, et sic magis sicut decet armatus, capiet duos solidos et sex denarios. Item, concordatum est quod scutifer habens equum precii XXV librarum turonensium, vel majoris precii non coopertum corio, ubicumque et infra regnum Franciae, septem solidos turonenses, exceptis partibus dictarum senescallarum et Aquitaniae et Arverniae, ubi dumtaxat capiet sex solidos et sex denarios turonenses. Item, servientes pedites sine arbalistarum, sive alii ubique infra regnum Franciae, XV denarios turonenses, exceptis partibus dictarum senescallarum et Aquitaniae et Arverniae, ubi servientes pedites sine arbalistis capient dumtaxat XII denarios turonenses. Item, miles cum duplici baneria et scutifer cum baneria, capiet stipendia per totum regnum Franciae, ... modo temporibus retrolapsis. Et sic dicti comites, barones et nobiles pro se et suis subditis nobilibus et innobilibus, stipendiis supradictis erunt contenti. Ea propter notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quod nos dignum et congruum arbitantes, quod dicti comites, barones et nobiles, (3 ou 4 mots *effacés*) praemissorum, quam pro eo quod pro honore nostro et praedesessorum nostrorum exposuerunt liberaliter se et sua personarum pericula et rerum dispendia non timentes, regiam debent clementiam favorabilem invenire, non solum in hiis quae ex justitiae debito, sed de gratia requiruntur. Idcirco ad supplicationem eorum statuta, ordinationes, prohibitiones et ..iones fecimus eis et concessimus infrascriptas irrefragabiliter et in perpetuum valituras, quibus supernae dono clementiae, speramus fructum justitiae pacis et modestiae in dictarum senescallarum partibus observari. In primis ordinamus et praecipimus per senescallos, receptores, thesaurarios seu capitaneos aut deputatos nostros, et successorum nostrorum et eorum successores pro se et suis subditis, nobilibus et innobilibus

Page 70 / Armoire de Bigorre, liasse acquisitions

cum ex parte nostra mandati fuerint, vel ad gratias nostras accedant, mutuum (4 mots *effacés*), secundum statutum cujuslibet eorumdem super stipendiis suis plus vel minus, secundum locorum distantias, ut commodius absque suorum dampnosa distractione ... ⁸¹⁹Statuimus etiam concedentes quod aliqua subsidia vel exactiones ab eis vel eorum subditis nobilibus vel innobilibus ex parte nostra, vel successorum nostrorum de cetero non exigantur pro guerris nostris, vel alias quovismodo. Item, hoc edicto in perpetuum valituro statuimus, ut cum limitationes fieri petentur, etiam suos et alios quoscumque subditos nostros per senescallas locorum sine difficultate fient, vocato tamen procuratore nostro si domanium nostrum tangat, exceptis finibus regni nostri contiguis, terris vel jurisdictionibus consistentibus ex regno, in quibus limitationes fieri non concedimus per praesentes. Et si de jure nostro et alieno, in casu limitationis etc. *effacé*⁸²⁰... Item, edicto perpetuo prohibemus ne (2 mots *effacés*) gardiatores ecclesiarum aut commissarum a nobis, vel senescallis nostris deputati, penuncellos vel gardias ponant, nisi in rebus de quibus ecclesiae sunt in possessione pacifica, ... sic oppositio

⁸¹⁹ *en marge gauche* : exemptions de la noblesse de Perigord et autres seneschaucées de Languedoc et de Guienne.

⁸²⁰ *en marge gauche* : nec ob hoc praecium, vel officariis nostris salarium vel expensa solventur, exceptis salariis serventium. Item, edicto etc.

super re, vel jurisdictione, et utraque se asserat possidere, gardiator, vel commissarius in casu illo, partes adjornet coram ... competentem, et prohibeat partibus vel interim alterutris, pendente adjornamento, aliquid attemptent, nec aliquis pro fraxione gardiae molestatur, (*3 ou 4 mots effacés*), sicut de kathedralibus ecclesiis et monasteriis aliquibus, qui sunt in gardia regia notorie ab antiquo, ... Item, statuimus etc. *Plusieurs lignes sont pourries ou déchirées, mais on entrevoit que ce sont des reglements sur la justice ...* Et quia nonnulli ex ipsis comitibus, baronibus et nobilibus solent facere cudi monetam, ut dicitur, concedimus ipsis (*2 mots effacés*)que ita nobis fide de jure suo de forma et de cugno eam cudi faciant, ut solebant ... Item, concedimus quod nobiles habentes ab antiquo pedagium in terris et fluminibus, non impediuntur per aliquem seu aliquos de officariis nostris, quin illud levare possint a mercatoribus per eorum leudarium⁸²¹, districtum transeuntibus, prout hactenus consueverunt, licet iidem mercatores (*2 mots déchirés*) gentibus nostris nomine nostro eis vendentibus emerint res praedictas, non obstantibus litteris in contrarium impetratis (*dechiré et effacé*) ...⁸²² Et quia ex parte comitum, baronum et aliorum nobilium et praedictarum partium extitit supplicatum, quatinus a faciendis pariagiis et ab aquirendo emptionis vel excambii titulo, vel alias quoquomodo in feudis, retrofeudis, villis, locis et castris, ubi ipsi altam justitiam seu merum imperium habere noscuntur, abstinere velimus. Nos, dictae eorum supplicationi pro nobis et successoribus nostris annuimus, concedentes, quod nisi dumtaxat pro necessitate regni, fortalitia necessaria vel utilia pro securitate regni nostri et tutione ipsius ulterius acquiremus, in locis praedictis vel eorum aliquo, titulis supradictis, aut aliquo eorumdem, et de acquisitis in casu illo recompensationem debitam faciemus. Cum autem senescalli, iudices, procuratores et quicumque alii officarii nostri,

Page 71 / Armoire de Bigorre, liasse acquisitions

officium suum, quacumque causa, vel occasione dimiserint, ordinamus et statuimus quod post dimissionem dicti officii in loco illo, debeant per quinquaginta dies immediate sequentes continue residere, et quaerelantibus de ipsis habeant respondere, et possint ipsi quaerelantes facilius consequi jus suum contra eos. Privilegia autem, seu ordinationes eisdem comitibus, baronibus, et nobilibus quae a beato Ludovico et a carissimo quondam patruo nostro Philippo regibus Francorum, concedimus et praecipimus eis tradi, sub signo nostro, per gentes nostras camerae compotorum, et eisdem nobilibus pro nobis et successoribus nostris, tenore praesentium confirmamus, renovamus et teneri ac inviolabiliter observari mandamus. Caeterum nos praemissa omnia et singula per nos, ut praemittitur, estatuta, edicta, concessa, inhibita et ordinata, prout superius sunt expressa, sicut concordata nobis ex parte comitum, baronum et nobilium praedictorum, pro se et subditis suis praedictis super percipiendis stipendiis supradictis servari volumus inviolabiliter observare volentes, nos et successores nostros reges, ad ea ex parte nostra servanda et facienda, obligamus expresse. Et ut inviolabiliter et inconcusse serventur, omnes et singulos senescallos praesentes et futuros dictarum senescallarum, in prima assisia quam tenebunt, necnon et iudices, procuratores, officiales, thesaurarios, ministros, servientes regios praesentes et futuros, per juramenta coram dictis senescallis astringi volumus, ad irrefragabilem observantiam eorumdem, nonobstantibus quibuscumque ordinatione, lege, privilegio, usu, stylo, observantia, consuetudine ... Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum, nostro in aliis et alieno in omnibus jure salvo. Datum apud Boscum Vincennarum, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo mense junio.

Cette charte est precede d'une autre, du meme Philippe de Valois, addressée aux memes seneschaux, où il les reprend de n'avoir pas laissé joir les dits nobles etc., des privileges de cette charte. Il leur enjoint de la mettre à execution sans delai, sous peine d'etre déposé de leurs offices et d'encourir son indignation. Ces seneschaux avoient allegué, en refusant de faire le serment qui leur étoit enjoint, et de remplir les autres closes, que les barons n'avoient pas ... quod singuli nobis cum accordant vadorum inter nos et eos factum in dictis litteris contentum non ratificaverunt. En consequence, ces seneschaux avoient écrit qu'ils vouloient consulter le roy alleguant d'autres raisons, ce qu'ils avoient consigné dans un acte du 3 sept. 1339, présenté au roy. Non obstant toutes ces raisons, le roy leur enjoint, sur les peines dessus dits, de suivre ses volontés quoique les barons aient negligé, soit pour cause d'absence ou autrement, de faire cette ratification. Ces lettres sont dattées de Vincennes, die XII januarii, anno Domini 1339. Ceci est transcript sur un vidimus fait par Bernard de Grassinhaco miles vicarius Tholosae domini nostri regis. Sur les lettres du lieutenant du seneschal de Carcassone

⁸²¹ *en marge gauche* : « leudarium » gloss., lieu où on leve le peage.

⁸²² *en marge gauche* : le roy s'interdit les eschanges dans les fiefs des sgrs.

et de Beziers, ce vidimus est du 24 fevrier 1339. Et ce vidimus sur un autre fait à Carcassone le 24 juillet 1393⁸²³. En parchemin scellé. Cet acte est dans le plus mauvais etat, il est presque tout pourri, déchiré par la moitié, et dans plusieurs endroits. En d'autres, il est effacé etc. (Mr le president de Doat l'a fait transcrire dans son Recueil – Leydet).

Page 72 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

ARMOIRE DE PERIGORD

3^e inventaire

Chapitre 46.

Donation faite par le roi Jean, à Roger-Bernard, comte de Périgord et aux siens, des terres de Domme et de La Tour-Blanche, pour 500 livres de rente (1356)

In dossier E 626 aux AD 64 (voir aussi E 772).

⁸²⁴Johannes Dei gratia Francorum rex regalis providentiae digna pensans merita subditorum, illos libenter attolit muneribus et premiis ac favoribus gratosos quos natalium et generis nobilitas probatae fidelitatis sinceritas osequiorumque laudabilium assiduitas recommendant, notum igitur facimus universis praesentibus et futuris quod nos dilecti et fidelis nostri Rogerii Bernardi comitis petragoricensis et praedecessorum suorum generosa obsequia per eos nobis et antecessoribus nostris reginus et coronae Franciae praestita aut ad impugnationem inimicorum regni nostri tempore guerrarum, et alias quotiens opus erat, indefesse, constante et continuo adhaeserunt, ad examen nostrae memoriae reducentes, ea propter ipsum comitem aliquali remuneratione praemioe volentes, eidem tanquam bene merito pro se et suis heredibus successoribus universis in perpetuum donavimus et concessimus, donamus et concedimus per praesentes titulo purae et irrevocabilis donationis inter vivos omnes et singulos res infrascriptas, videlicet castrum, fortalitium, locum, villam et castellaniam ac honorem seu districtum Montis Cuqui de Vallibus in Caturcino, item castrum, fortalitium, locum, villam et castellaniam de Turre Alba, petragoricensis diocesis, cum totis dictorum castrorum etc., juribus, aedificiis et fortalitiis, dominiis, jurisdictionibus altis, med. et bassis, mero et mixto imperio, censibus, redditibus, pensionibus canonibus et acaptamentis, foriscapiis, pedagogiis, leudis emphiteot., prestationibus, servitutibus ac jure patronatus, capitatione, communi, decimis, incursibus, molendinis etc., cum suis pertinentiis et deveriis universi quaecumque, qualiacumque, ubicumque sint et consistant ... quorumquidem locorum, videlicet castrum, fortalici., loci, villae, castellaniae et honoris seu districtus Montis Cuqui de Vallibus quingintarum librarum turon. rendual., item castrum, fortalicii, loci, villae, castellaniae ac honoris seu districtus de Turre Alba ducentarum librarum rendualium summas annui redditus non excedunt computando annuos redditus juxta et secundum morem et consuetudinem quibus in partibus illis consueverunt assignari et assituari aedificiis fortalitiis et incursibus in aestimatione dictorum reddituum minime computatis, item et eidem comiti pro se et suis ut supra donamus et concedimus per praesentes homagia omnia et singula recognitiones, fidelitates et domini quocumque modo jurament., praestationes et alia jura et deveria quaecumque sint nobis debita et competentia seu quae deberi et competere possunt et potuerunt per archiepiscopum burdegalensem, episcopum petragoricensem, episcopum sarlatensem, Reginaldum de Pontibus dominum Riberiaci ... et Montis Fortis, Girbertum de Terminis dominum de Milhaco dominum de Marolio, condominos de Turre Alba, dominum de Alto Forti et de Thenone ratione villarum, castrorum, castellaniarum, locorum et terrarum quas et quae habent et

Page 73 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

tenent in dioces. petragoric. et sarlatens. et caturcens., necnon jura regalia ad nos pertinentia, sede episcopatus sarlatensis vacante, quousque episcopus post nova creatione fecerit homagium seu fidelitatis juramentum, quae omnia indictum comitem pro se et suis heredibus causamque ab eis habentibus in perpetuum cum omni proprietate et possessione seu quasi transtulimus et transferimus

⁸²³ *il est bien écrit « 1393 » ici par Leydet – note Cl. R..*

⁸²⁴ *en marge gauche : n° 8 ex autographo, pergam. / Charte de Jean Ier qui donne au comte de Perigord les terres de la Tour-Blanche, de Mont-de-Dome etc., les hommages de l'archeveque de Bordeaux, des eveques de Perigueux et de Sarlat, et le droit de regale, ce dernier siege vaquant, de l'an 1356.*

per praesentes, et quidquid juris nobis competit et potest seu poterit competere in eisdem ... dictos archiepiscopum (*et*) episcopos et alios vassalos superius nominatos et eorum singulos de dictis homagiis, recognitionibus et aliis sic in dictum comitem et suos translatis nobis irrequisitis seu aliter in consultatis ipsos et eorum singulos a nobis ex tunc et ex nunc eximimus, absolvimus et quittamus licentiam que faciendi ipsos et dicto comiti et suis recipiendi ex nunc et facultatem liberam ac plenam impertimur, praecipientes eisdem et eorum cuilibet ut sine alterius expectatione mandat., seu secundi vel quacumque alia jussione dicto comiti et suis et causam ab eis habentibus plene in praemissis pareant et respondeant sicut nobis mandantes omnibus et singulis supradictis ne praetexta habendae nostrae super hoc voluntatis et licentiae etiam vel tali vel alterius de faciendi praemissa omnia et singula aliquid se excusent seu defferant quoquomodo cum pro excusatis eos omnes et singulos qui praedicta faciunt homagia omnino habeamus ... mandantes et praecipientes senescallo petragoricensi et caturcensi, ceterisque justitiariis et afficiariis nostris et eorum locum tenentibus et cuilibet eorumdem, quatinus dictum comitem seu ejus procuratorem pro eo inducant seu induci faciant realiter et de facto in corporalem et realem possessionem naturalem et civilem etc., et praemissa omnia concedimus ex plenitudine regiae potestatis ex certa scientia et gratia speciali, et ex causa, non obstantibus privilegiis, gratiis, indulgentiis et concessionibus quibuscumque eisdem archiepiscopo, episcopis et vassalis superius nominatis et cuilibet ipsorum ac eorum terris vel habitatoribus eorumdem concessis per regiam majestatem seu etiam quod non possint a corona Franciae separari ... Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret nostram praesentibus litteris fecimus apponi sigillum salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Actum et datum in tentis nostris ante Britholium anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto mense augusti. *Sur le repli* : per regem, Du Royer. *En parchemin, scellé du sceau royal pendant à des cordons de soye rouge et verte.*

Lettres du roi Charles V, par lesquelles il confirme en faveur d'Archambaud V comte de Périgord, la donation de plusieurs villes, châteaux, etc., que le roi Jean son père avait faite à Roger-Bernard, père de ce comte (1369)

In dossier [E 629](#) aux AD 64.

⁸²⁵Charles par la grace de Dieu roy de France, savoir faisons que comme notre tres chier sgr et père, que Dieux absoille, pour le temps qu'il vivoit et avant la paix faite entre lui et nous d'une part et Edouard d'Angleterre et Edouard son ainsné fils d'autre part, par les lettres patentes scellées en cire

Page 74 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

vert et lacs de soye eut donné et octroyé à notre très chier et amé cousin le comte de Perigord et pour les bons, grans et notables services que le dit comte et ses predecesseurs avoient fait à notre dit seigneurs et à ses predecesseurs rois et à la couronne de France, plusieurs villes, chateaux, chatellenies, communs, hommages, fiez, arriere fiefs, seigneuries, noblesses et autres droits, proufits et emoluments plus à plain contenus ez dites lettres de mr dit seigneur, desquelles il aparra, nous considerans les choses dessus dites et que notre dit cousin a bien et loyalement continué et persevere en nos services , et tenons ferme qu'il continuera doresenavant, les dites lettres de don et octroy par notre dit sgr à lui faits des dites villes, chateaux etc. et tout l'effet qui s'en est ensuivi et ensuivra de ci en avant, de notre auctorité et pleine puissance royal certaine science et grace special, avons agreables, louons, ratifions, approuvons et par les presentes lettres confirmons etc., si donnons en mandement au seneschal de Pierregort et de Quiercin et à tous nos autres justiciers etc. Donné à St Germain en Laye au mois de may l'an de grace mil trois cens soixante neuf et de notre regne le VI. *En parchemin scellé du sceau royal pendant en lacs à un cordon de soye rouge et verte.*

Lettres patentes de Charles Dauphin, par lesquelles il donne au cardinal de Périgord, la ville de Périgueux (1356 v. st.)

In dossier [E 827](#) aux AD 64.

⁸²⁶Karolus primogenitus et locum tenens regis Franciae, dux Normanniae delphinus viennensis, notum facimus universis praesentibus et futuris quod, cum inimici dicti domini nostri genitoris et

⁸²⁵ *en marge gauche* : cotté IX / ex autographo, pergam.

nostri, clandestine et cum armis alim civitatem petragoricensem quae de hobedientia dicti domini nostri genitoris et nostri existebat et sub ea regebatur et tenebatur occupassent, intrassent et eam detinuissent per aliquo tempore ex inde guerram et rebellionem dicto domino nostro genitori et nobis et terrae nostrae faciendo incendia, strages, rapinas, depredationes ponendo et committendo et alia maleficia et dampna irreparabilia nostris subditis fidelibus inferendo, et dicta civitate sic detenta per dictos inimicos, carissimus et dilectus amicus dicti domini nostri genitoris et nostri cardinalis petragoricensis indempnitati dicti domini genitoris nostri et nostri ac nostrorum subditorum praedictorum providere cupiens, suam amicitiam cordialem ad dictum dominum genitorem nostrum et nos ac totum regnum se habere praetendens, volens in super obviare dampnis et maleficiis supradictis de voluntate, jusso et consensu expressis dicti domini nostri genitoris praedictam civitatem petragoricensem eripuerit et extraxerit⁸²⁷ a manibus et potestate dictorum inimicorum adeo quod de dicta civitate amplius guerra nec rebellio aliqua non sic dicto domino genitori nec nobis nec dictis fidelibus et subditis, aliqua dampna exinde dantur, attendentes quod praemissa facta fuerunt per ipsum cardinalem sine magnis laboribus et expensis, NOS praemissis omnibus et aliis causis justis et licitis consideratis et diligenter attentis, ipsum cardinalem ut privatam personam, favoribus et graciis oportunis prosequi

Page 75 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

affectantes et sibi complacere cupientes in hac parte, eidem cardinali tanquam benemerito atque grato et ut privatae personae praedictam civitatem cum omnimoda jurisdictione alta, media et bassa, mero et mixto imperio et omnia et singula jura et deveria ejusdem cum omnibus et singulis juribus, deveriis, fortaliciis, patibulis, limitibus, decis ac pertinentibus suis universis, auctoritate regia qua fangimur in hac parte, ex certa scientia et de speciali gratia concessimus et donavimus ad hereditagium perpetuum et tenore praesentium concedimus et donamus, et in eundem pro se et suis transferimus totaliter pleno jure ad habendum, tenendum, utendum, retinendum, possidendum, explectandum perpetuo et faciendum ex inde deinceps suas et suorum heredum et successorum praedictorum omnimodas voluntates, non obstante concessione per dictum dominum genitorem nostrum majori et consulibus de Petragoris facta, quod in casu quo dicta civitas petragoricensis aduceretur ad manum et hobedientiam dicti domini nostri genitoris et nostri, ipsi major et consules sub quorum jurisdictione dicta civitas ante captionem praedictam teneri dicebatur, ipsam civitatem haberent, tenerent et possiderent sub eorum jurisdictione ut antedictam captionem faciebant, et litteras sub hoc concessis vel concedendis sub quacumque forma verborum similiter, non obstantibus quam quidem concessionem et litteras super hoc confectas etiam in casu quo dicta civitas plenarie ad hobedientiam dicti domini genitoris nostri et nostram reducta sit vel rediret, valere nolumus, sed eas potius annullamus, irritamus, cassamus ac nullius decernimus valoris auctoritate qua supra et ex certa scientia ac privilegiis eisdem majori et consulibus per praefatum dominum genitorem nostrum aut praedecessores suos reges Franciae, de non ponendo seu transferendo extra manum suam villam et civitatem petragoricensem conjunctim vel separatim concessis et litteris super hoc impetratis sub quacumque forma verborum existant juribusque legibus, statutis, consuetudinibus seu ordinationibus ad hoc contrariis non obstantibus quibuscumque, quae sibi locum vindicare nolumus in hac parte, volentes et concedentes dicto cardinali auctoritate et gratia quibus supra, quod auctoritate sua propria sine juris offensa per se vel per procuratorem suum possessionem realem, naturalem et corporalem praemissorum donatorum intrat, capiat, apprehendat et

⁸²⁶ *en marge gauche* : cotté X / Lettres patentes de Charles dauphin par lesquelles il donne au cardinal de Perigord la ville de Perigueux delivrée de lamain des Angloys, an 1356 apres la bataille de Poitiers.

⁸²⁷ *en marge gauche* : Perigueux surpris par les Anglois, est repris par le cardinal de Perigord. Apres la mort du cardinal, la ville revint au pouvoir du prince de Gales entre les mains duquel elle devoit etre en 1365, le 8 juillet, 8 ans, 6 mois et quelques jours apres la date de cette charte, voyez la lettre du prince de Gales au comte de Foix supra, chap. XXIV Foix, n° XLVI. / Cette charte de Charles etant dattée de janvier 1364, c'etoit dans un des derniers mois de l'année qui commençoit alors à Pâques, en mars ou avril, et 4 mois après la bataille de Poitiers donnée en septembre 1356.

N. B. : il nous semble, à la lecture de cette note de Leydet, que celui-ci ignorait l'acte de soumission de la ville de Périgueux au roi d'Angleterre le 22 decembre 1361, recueilli par John Chandos au nom d'Edouard III. John Chandos trancha en faveur des consuls et maire de Périgueux contre les représentants du cardinal. Celui-ci décédera en 1364. Voir sur ce site le procès-verbal correspondant à l'adresse :

http://www.guyenne.fr/archivesperigord/varia1/Documents/Application_Bretigny.htm. (note Cl. R.)

et etiam nanciscatur quotienscumque sibi placuerit et videbitur faciendum nullo alio super hoc expectato mandato. Mandantes nichilominus et praecipientes senescallo petragoricensi et caturcensi praesenti et futuro coeterisque justitiariis regiis vel eorum locatenentibus et eorum cuilibet quatinus dictum cardinalem et suos heredes et successores praedictos et causam seu jus ab eodem vel suis in posterum habituros hac nostra praesenti gratia, uti et gaudere ad plenum libere et pacifice

Page 76 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

faciant et permittant, donis aliis sive graciis dicto cardinali factis non obstantibus. Ut autem praemissa robor firmitatis perpetuo obtineant dicti domini genitoris nostri praesentibus litteris fecimus apponi sigillum, salvo in aliis jure regio et quolibet alieno. Actum et datum apud Luparam prope Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, mense januarii. *Et sur le repli* : per dominum ducem vobis et domino archiepiscopo senonensi praesentibus. *Et plus bas* : Tourneur. *Cette charte est en parchemin, bien écrite et bien conservée. Au bas pend le grand sceau royal en cire verte, à des lacs de soye rouge et verte. Et sur le dos, écriture du temps* : pro domino cardinali petragoricensi, registratam. *Et d'une écriture du XV^e siècle* : littera qualiter rex dedit domino cardinali petragor. villam petragoricensem tunc occupatam per inimicos. *Ce « tunc » est mal mis. Il falloit dire « olim antea » – Leydet.*

Lettres patentes du roi Jean, par lesquelles ce prince donne à Roger-Bernard comte de Périgord les hommages dus à la Couronne par l'archevêque de Bordeaux, les évêques de Périgueux et de Sarlat, le ressort des seigneurs de Bourdeilles, Beynac, Comarque, des abbés de Terrasson, Châtres, etc. (1356)

In dossier E 827 aux AD 64 (à vérifier).

⁸²⁸Johannes Dei gratia Francorum rex universis praesentes litteras inspecturis, salutem, ad perpetuam memoriam. Dum perfectae sinceraeque devotionis affectum et verae fidelitatis constantiam, quos dilectus et fidelis noster Rogerius Bernardi comes Petragoricensis et sui praedecessores, ad nos, regnum et coronam Franciae, totis exactis hactenus temporibus habuerunt, grataque et utilia servitia quae regibus praedecessoribus nostris et nobis, in guerris nostris fideliter et laudabiliter impenderunt, ac innumerabilia dampna et deperdita, quae, sicut est notorium, occasione guerrarum praedictarum, sustinuit et incessanter sustinet dictus comes, in nostrae considerationis examine debite revolvimus. Nos, qui nos eis propter hoc quamplurimum obnoxios reputamus, nostrum libenter animum convertimus ad ea quae praedicti comitis et successorum suorum perpetuum concernunt commodum et honorem, nostraeque eis libenter largitatis regiae dexteram impertimur. Notum igitur facimus universis praesentibus et futuris, quod attentis supradictis et aliis quampluribus, quae nos ad hoc rationabiliter induxerunt, nos volentes praedictum comitem favore et gratia specialibus prosequi, qui in suis et suorum perpetuum cedere commodum debeat et honorem, homagium archiepiscopi Burdigalensis nobis debitum pro terris, locis, villis et castris et eorum pertinentiis universis, quos et quas habet seu habere potest quovismodo, in diocesibus Petragoricensi et Sarlatensi, item, homagium episcopi Sarlatensis, item homagium loci de Turre-Alba, homagium abbatis Sancti Amandi, homagium abbatis de Castris, homagium abbatis de Terrasonio, homagium castrorum de Altoforti et de Tenone, necnon et primum ressortum terrae, locorum, villarum et castrorum et aliorum locorum et pertinentiarum suarum, dicti archiepiscopi Burdegalensis, et terrae et locorum dicti episcopi Sarlatensis, dicti loci de Turre-Alba et ejus honoris, terrae et locorum abbatis Sancti Amandi, terrae et locorum abbatis de Castris, terrae et locorum dicti abbatis de Terrasonio, terrae et locorum domini de Altoforti et de Tenone, terrae et castellaniae domini de Baynaco, castris et castellaniae de Castro

Page 77 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

(Castro) Novo et de Berbigueriis, terrae et locorum Archambaudi domini de Burdelia, ressortum villae Sancti Asterii et ejus honoris, ressortum castris et castellaniae de Monte-Agrerio, item, ressortum villae de Brantolonio et ejus honoris, item, ressortum villae, castris et castellaniae Montis-Domae, item,

⁸²⁸ *en marge gauche* : cotté XIII ex autograph, pergam. / Lettres patentes du roy Jean par lesquelles ce prince donne à Roger-Bernard comte de Perigord plusieurs hommages dus à la couronne par les archeveques de Bordeaux, eveques de Sarlat, le ressort des sgrs de Bourdeille, Beynac, Comarque, les abbés de Terrasson, La Chatre, St Amand etc. St Astier, etc. *Voir aussi sur ce site* :

http://www.guyenne.fr/Publications/Ordonnances/Ordonnances_des_royis_de_France_t4.htm

homagium nobis debitum per Iterium de Sancto Asterio, militem, et ressortum loci et honoris de Insula, item, et ressortum totius terrae prioris de Sorsaco, item ressortum totius terrae domini Poncii de Baynaco, domini de Comarca, senescallie nostrae Petragoricensis et Caturcensis existentis, et iuramentum fidelitatis et quodcumque aliud iuramentum nobis debitum per praenominatos et eorum quemlibet, ratione villarum, castrorum etc. quae habent et tenent a nobis in senescallia Petragoricensi et Caturcensi, cum omnibus et singulis iuribus et deveriis dictorum homagiorum et cujuslibet eorum, necnon primum ressortum omnium et singulorum locorum, terrarum, villarum et castrorum praedictorum superius nominatorum, omniumque vassalorum atque retrovassalorum eorundem praenominatorum cognitionem scilicet et examen, ac totam cognitionem, punitionem, confiscationem emendarum servanciarum et sententiarum quarumlibet prolationem, compulsionem et executionem omnimodam primarum appellationum seu provocationum omnium et singularum causarum et casuum civilium et criminalium, quas in villis, terris, locis et personis supradictis, feodis, retrofeodis et curiis eorundem, nos et senescallus noster Petragoricensis et Caturcensis ante datam presentium, habeamus vel habere poterimus quoquomodo, et quas ab eisdem (*in*) villis, locis, terris, personis, vassalis, retrovassalis, incolis confluentibus in curiis suis et qualibet earumdem, de cetero perpetuis temporibus, sive ad nos vel ad dominum senescallum seu ad nostram dictam curiam Parlamenti, vel ubilibet alibi, tam ab interlocutoriis quam a sententiis definitivis, seu a gravaminibus aut condemnationibus aliis quibuslibet, et lite contestata vel non, provocetur aut quomodolibet appelletur, contingerit emanari, omnimodamque jurisdictionem cum servitio nobis debito pro temporalitate praedicti episcopi Sarlatensis, et omnimodam aliam nobilitatem ad homagia, ressortum, feoda, retrofeoda et appellationes seu provocationes supradictas, seu ad nos vel ad dictum senescallum, ratione earumdem spectantes et pertinentes ac pertinere debentes quoquomodo, et quaevis alia jura nobis et successoribus nostris in eis competentia etc., deliberato penitus cum nostro consilio super istis et ex nostra certa scientia, memorato comiti pro se et heredibus et successoribus suis, in perpetuum dedimus et concessimus et in eosdem transtulimus, ... auctoritate regia, de nostrae plenitudine potestatis et gratia speciali, ... superioritate tamen nobis et heredibus et successoribus nostris, in praemissis exceptis, superioritatibus superius nominatis praedicto comiti, suis heredibus et causam ab eis habentibus, tamen salvis, ... Mandantes praecipiendo senescallo Petragoricensi

Page 78 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

et Caturcensi, coeterisque justitiariis et officariis nostris, ... quatinus omnes et singulas causas, et casus ressorti et appellationum primarum praedictarum, quae et quotiens a modo in antea pro futuris temporibus, in vel a personis, villis, locis et terris, feodis etc. emanari quoquomodo contigerit, ad praefatum comitem atque successores suos, seu ad iudicem suum appellationum ad haec per ipsum comitem atque successores suos, ordinatum vel ordinandum, requisiti vel non requisiti, sine quavis cognitione remittant, et de illis ipsos vel iudicem suum appellationum, cognoscere sententiare, iudicare, cognitaque et iudicata exequi faciant et permittant pacifice et quiete, juxta concessionem nostram praefatam, praedictasque causas et casus ressorti, seu eorum aliquos, vel eorum cognitionem aut examen penes eos nullatenus retineant, vel de eis se quomodolibet intromittant, etiam si ad eos seu eorum aliquos, forsitan appellaretur, memoratumque comitem homagiis supradictis etc. ... gaudere ... faciant atque permittant, etc., non obstante quod sint vel fuerint de regio domanio, et quod forsam personarum, civitatum, villarum seu locorum praedictorum aliquibus vel eorum singulis, per nos vel per praedecessorum nostrorum aliquos, de speciali gratia concessum sit aut fuerit, quod non possint a manu nostra regia seperari vel alienari seu quomodolibet amoveri, ... consuetudine, usu, stylo aut observantia nostrae camerae compotorum, per quas asseritur donationes patrimonii nostri non valere, nisi prius facta informatione de valore, et postmodum dictae camerae reportatum, et aliis non obstantibus ... Quod ut firmum et stabile permaneat perpetuo in futurum, nostrum praesentibus litteris duximus apponi sigillum, ... nostro in aliis et alieno in omnibus jure salvis. Datum in exercitu nostro ante Bertolium, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, mense Augusti. *Et sur le repli, en écriture verte : per regem, et plus bas : Yvo. En parchemin, scellé du sceau royal en las de soye rouge et verte.*

Commission donnée par Jean de Bretagne à Gauthier de Pérusse et autres, de recevoir en son nom le comté de Penthèvre (1450)

In dossier E 643 aux AD 64 (à vérifier).

⁸²⁹Par commission donnée par Jean de Bretagne comte de Penthièvre et de Périgord vicomte de Lymoges et sgr d'Avesnes, à Gaultier de Perusse sgr d'Escarts, maistre Jean Fournier, licentié ez loix, sgr de la Guerinierie, conseiller du roy et Olivier de Broon escuyer capitaine de Montignac. Ces députés, etc., reçoivent, au nom dudit Jean de Bretagne, la comté de Penthièvre du duc de Bretagne (Pierre), que le duc estoit tenu de luy donner par le traité et acord fait entre le feu duc dernier decédé, consenti par le duc present, le 21 decembre 1450 au château de Vannes. Ces députés en prennent possession [----]⁸³⁰ la ville de Lamballe, des mains des procureurs du duc. Le 29 decembre 1450, fut dressé l'acte présent en parchemin, cotté XVIIJ.

Lettres du roi Jean par lesquelles il donne à Roger-Bernard comte du Périgord les villes et châteaux de Moncuq-de-Vaux en Quercy, le Mont-de-Dome, La Tourblanche, etc.

In dossier E 772 aux AD 64 (voir aussi E 626).⁸³¹

⁸³²Joannes Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis, etc., quod cum per nostras alias litteras etc., dilecto et fideli nostro Rogerio Bernardi comiti petrag., pro se et suis heredibus et successoribus, dederimus et concesserimus pro nobis et nostris successoribus ad hereditagium perpetuum castrum, villam et honorem sive castellaniam Montis Cuqui de Vallibus in Caturcino, et castrum, villam et castellaniam de Monte Domae supra riperiam Dordoniae in dioces. sarlatens., et villam et castellaniam de Turre Alba, cum omnibus deveriis altis, mediis et bassis, mero et mixto imperio et item primum ressortum et omnem cognitionem

Page 79 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

causarum primarum appellationum ipsorum castrorum villarum et honorum et castellaniarum sicut praemittitur donatorum, ac etiam totius terrae suae quam habet in Petragoricinio, Caturcino, et Tholosano, item primum ressortum et omnem cognitionem causarum primarum appellationum totius terrae et jurisdictionis archiepiscopi burdigalensis, episcopi petragoricensis, episcopi sarlatensis, Reginaldi de Pontibus militis domini Riberiaci et Montis Fortis, quas habent in diocesi petragor. et sarlatens, omniuque terrarum et castellaniarum honorum et districtus et eorum habitantium dominorum de Baynaco, de Castronovo, de Comarchia, abbatis Sancti Amandi, abbatis de Terrassonio, abbatis de Castris, domini de Altoforti et de Thenone, domini de Burdelia et de Brantholmio, abbatis de Brantholmio, dominorum de MonteAgrerio, de Sancto Asterio, de Montensaco et de Sorzaco, item castrorum, locorum, castellaniarum, villarum honorii et districtus terrarum dominorum de Marolio, de Albaterra, Sanctae Eulaliae prope Albam Terram, et terrae et jurisdictionis abbatis de Tusturiaco, item et locorum castrorum, villarum, terrarum et jurisdictionum vassalorum, valvassorum, retrovassalorum praenominatorum et cujuslibet eorumdem, prout in dictis aliis super hoc confectis litteris dicto comiti per nos concessis latius dicitur contineri. Nos attentis et diligenter consideratis pluribus laudabilibus, fidelibus et acceptabilibus obsequiis per dictum comitem et suos nobis et nostris factis et impensis etc. ... eidem complacere et dona nostra per nos sibi facta nostra mera liberalitate regia insignire et augere volentis, a praefoto comiti pro se etc., auctoritate nostra regia ex certa scientia etc., concessimus et donavimus et tenore praesentium concedimus et donamus quod ipse et sui heredes et successores praedicti in toto comitatu suo ejus pertinentiis et ressorto et in tota terra sua noviter acquisita et in recompensationem terrae Brageraci per ipsum [ind---]⁸³³ quondam genitorem nostrum pro se et suis etc., translata, sibi tradita, liberata et assignata et etiam in tota terra sua et pertinentiis suis per nos sibi ad perpetuum concessis de novo, ac in terris omnibus et singulis et eorum pertinentiis ressortorum praenominatorum et cujuslibet eorumdem et vassalorum, valvassorum retrovassalorum suorum et cujuslibet ipsorum salvaguardias quibuscumque possint ex hunc perpetuo dare et concedere tenerique et facere, cum appositione penuncellorum suorum in bonis requirementum auctoritate sua propria totiens quotiens sibi et suis praedictis placuerit, et videbitur faciendum et quoscumque violatores earum molestare et punire, et puniendo, compellere sive in terra sua vel ressortorum praedictorum sive extra

⁸²⁹ *en marge gauche* : cotté XVIIJ / Jean de Bretagne, le comte de Périgord, devient comte de Penthièvre en 1450. / (document non cité dans la table des matières à la fin de ce recueil – note Cl. R.).

⁸³⁰ *mot non compris*.

⁸³¹ *voir également sur ce site*, Fonds Périgord, tome 9, recueil n° 1, pp. 9-10 (note Cl. R.).

⁸³² *en marge gauche* : cotté XX (1356).

⁸³³ *mot non compris*.

ubicumque commorentur, prout nos ante concessionem nostram hujusmodi et translationem praedictam pro violatione nostrarum salvarum gardiarum facere poteramus privilegiis nobilibus seu quibuscumque aliis personis sub quacumque forma verborum concessis quod praemissa non possint in dictum comitem vel aliam quacumque personam

Page 80 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

transfere nec ea concedere et aliis ordinationibus super hiis contrariis non obstantibus ... etiam damus et concedimus praefato comiti, pro se et suis praedictis, auctoritate et gratia quibus supra, quod, de quibuscumque forefactis ei delictis committendis et perpetrandis in viis, itineribus publicis comitatus sui et terrae et ressortorum vassalorum, valvassorum et retro vassalorum praedictorum, ac etiam et illicita armorum portatione et cujuslibet eorumdem, possint cognoscere, condemnare, absolvere et punire in quibuscumque casibus quibus prout nos, ante concessionem nostram praesentem, facere poteramus non obstante quod cognitio et pugnitio forefactorum et delictorum in dictis viis et itineribus committendorum et perpetratorum ratione nostrae regiae potestatis ad nos et nostros pertinere noscantur, et omnibus aliis adversantibus etc., non obstantibus quibuscumque. Item, damus et concedimus praedicto comiti pro se et suis praedictis, auctoritate et gratia quibus supra, quod ipse et sui praedicti possint et sibi licitum sit quotiens ipsis videbitur faciendum, habere, ponere, statuere et tenere perpetuo sigillum ad contractus in aliquo loco dicti sui comitatus quod ad hoc elegerit et stylum facere, ponere et instituere seu statuere et simili modo in aliquo loco quae elegerit in terra sua quam habet in diocesi sarlatensi et simili modo in aliquo loco quem elegerit in terra sua quam habet in diocesi caturcensi et tholosano, cum quo sigillo litterae obligandorum sub eodem sigillentur, necnon et exactores unum vel plures qui dictas litteras dicto sigillo sigillatas possent contra quoscumque executores nulli (ex) officialibus, rectoribus, auctoritate sua propria et quoscumque obligatos seu obligandos sub viribus ejusdem compellere seu compelli facere per arrestum et detentionem personarum si ad hoc obligatae existant ac captionem, venditionem, distractionem, alienationem et sub hastatione est bonarum et rerum obligandorum ubicumque fuerint intus comitatum et ressortum praedictos et terram vassalorum valvassorum retrovassalorum praedictorum quem ad modum nos et iudices sive officiales nostri in simili casu facere consuevimus et facere poteramus ante hujusmodi concessionem. Item quod possint incantum facere, statuere et tenere subhastare, proclamare, vendere, alienare, liberare, decernere et decretum et auctoritatem interponere de latera omnia alia et singula facere quae de jure seu consuetudine aut alias ad talia faciendum pertinere noscuntur, inhibentes gentibus nostri parlamenti parisiensis ac omnibus senescallis ceterisque iudicibus et officialibus nostris ne infra ipsum comitatum ressortum et terram vassalorum, valvassorum et retrovassalorum ipsius comitis aliquas executiones faciant nec facere possint nec aliquos servientes mittant nec mittere possint pro aliquibus executionibus faciendis in causis criminalibus, civilibus, pecuniariis, realibus et aliis quibuscumque,

Page 81 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

sine voluntate et licentia speciali ipsius comitis seu iudicum et officiariorum suorum, ... privilegiis contrariis non obstantibus ... mandantes et praecipientes senescallo et iudicibus majoribus petrag. et caturc., ceterisque iusticiariis nostris etc., quod praemissa omnia et singula ... in locis et prout expedierit publicari tenere et inviolabiliter observare et de eisdem ipsum comitem et suos praedictos uti, frui libere etc., faciant et permittant ... ipsis perpetuum silentium imponentes ... quae ut firma et stabilia perpetuo permaneant praesentibus litteris fecimus apponi sigillum, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Actum et datum in tentis nostris ante Bertholium, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto mense augusti, sic signatum super plicam per regem, Boyer, et sigillatum de cera viridi cum cordela cirica. *Transcrit sur une copie en papier non signée, mais d'une écriture ancienne écrite dans le XVe siècle, initio.*

Hommage du roy de Navarre à l'évêque d'Angoulême pour Nontron (1520)

In dossier E 811 aux AD 64.

⁸³⁴ Henri par la grace de Dieu roy de Navarre duc de Nemours, ... comte de Perigord etc., savoir faisons que comme soit ainsi que nous tenons et nos predecesseurs ayent tenu en foy et homage de

⁸³⁴ *en marge gauche* : cotté 23 (1520) / Nontron et Ans relevent de l'éveque d'Angouleme.

monsieur l'éveque d'Angoulesme et ses predecesseurs eveques dudit eveché, les baronies et seigneuries de Nontron et de Ans situées et assises en notre vicomté de Lymoges, et pour raison d'icelles avecques leurs appartenances et deppendances luy soient tenu faire et preter le serment de fidelité en tel cas requis et acoutumé par nos dits predecesseurs, lequel luy eussions voulu faire en propre personne, mais obstans plusieurs occupations que presentement avons au service de mgr le roy de France, ne nous est bonnement possible pour ce est il etc. *Il donne commission au sieur Pierre de Biacs et au sieur Jean d'Antin chevalier sgr et baron d'Antin son seneschal de Bigorre de se presenter devant le dit sgr eveque d'Angoulesme, et luy offrir, faire et prester le dit serment de fidelité, foy et homage pour les dites baronies de Nontron et d'Ans.* Donné à Poissy le 19 juillet 1520, signé Henry, et pend au bas son grand sceau.

Privileges des habitants d'Excideuil, accordés par Charles VIII, et confirmés par Louis XII (1496 & 1500)

In dossier E 725 aux AD 64.

⁸³⁵Loys par la grace de Dieu roy de France savoir faisons à tous etc. Nous avons receu l'humble supplication de nos bien amés les manans et habitans de la ville d'Exideuil contenant que par nos predecesseurs rois de France et pour consideration de ce que en suivant leur party ils avoient du tout été destruits, en leurs biens, bruslés et consommés justes et raisonnables causes leur fut octroyé par privilege qu'ils fussent à toujours mes francs quittes et exempts de toutes tailles, aides et subventionsquelquonques, lesquels privileges leur ont été dernièrement confirmés par feu notre tres chier sgr et cousin le roy Charles dernier trespassé par les lettres patentes en forme de chartre dont la teneur s'ensuit : Charles par la grace de Dieu roy de France etc. *Ces lettres de Charles VIII ne disent rien de plus, mais seulement que les elus ayant imposé les habitans d'Exideuil qui ne faisoient point voir de titres de leurs privileges dont les lettres furent bruslées par aultre fortune de feu, les dits habitans obtinrent lettres patentes qui enjoignoient au seneschal de Perigord de s'informer des droits des dits habitans, les eslus apellés. Après plusieurs enquetes et temoins examinés jusque au nombre de cinquante.*

Page 82 / Armoire de Périgord, 3^e inventaire, chap. 46

Ces habitans prouverent et monterent de leur intention. Le seneschal, reconnaissant que, sans cause et à tort, ils avoient été tenus en procès quinze ans ou environ, donna sa sentence présens les elus, par laquelle les habitans demeurèrent francs de tailles etc., suivant leurs privileges et franchises, laquelle sentence dit le roy Charles, est passée en force de chose jugée. Sur de nouvelles demandes, les habitans se pourvoient devant Charles VIII pour demander la confirmation de leurs privileges, ce qu'il leur accorde par ces lettres-ci dattées de Lyon au mois de may, an 1496, de son regne de France le 3^e et de Sicile le second. Louis XII, qui les refere, les confirme aussi par ses lettres données à Bloys en janvier 1500, et de son regne le 3^e. Suivent les lettres d'attache des generaux des finances, du mois d'aout 1506, et la verification des elus du Perigord, du mois de janvier 1515. Le tout, de suite, dans un cayer en papier collationné à l'original en la ville d'Exideux, le 15 septembre 1522. Signé par Jean Constant, notaire royal.

Vente faite par Jacques de Pons vicomte de Turenne, etc., à Jean de Bretagne comte de Périgord, de Penthievre etc., des châteaux et chatellenies de Ribérac et Espeluche (1447)

In dossier E 839 aux AD 64.

